

DOMI NUS ILLU
MINA TIO MEA
Taylor Institution.





QUAESTIONES
DE
CYPRIORUM DIALECTO
ET VETERE ET RECENTIORE.

PARS I.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO
PHILOSOPHORUM ORDINE IN UNIVERSITATE LIPSIENSI
RITE OBTINENDOS
SCRIPSIT

AUGUSTUS ROTHE
ALTENBURGENSIS.

LIPSIAE
TYPIS EXPRESSIT JULIUS KLINKHARDT.
1875.

PROOEMIUM.

DE FONTIBUS.

Ad cognoscendas veteres Graecorum dialectos constat e titulis nummisque maximum et locupletissimum redundare emolumentum: e quo fonte si Cypriorum dialectum adumbrare in animo nobis est, valde dolendum est quod perpauca quae dialecto veteri aliquam utilitatem afferant, hauriri possint. Tituli quidem Graeci ambitus magis minusve ampli in Cypro insula protracti sunt sat multi eorumque in dies adhuc maiorem repertum iri copiam veri est sane quam simile: at tamen cum ad recentiora fere omnes Ptolemaeorum tempora spectent et sermone plerumque communi conscripti sint, ad cognitionem veteris dialecti haud admodum multum docent. Quae monumenta cum dispersim variis locis publici juris facta sint, hoc loco in unum comportare haud alienum videtur. In promptu mihi quidem sunt hi:

Titt. 40 Corp. Inscr. Gr. no. 2613—2652.

Titt. 17 a Ludov. Rossio in Mus. Rhenan. 1850 vol. VII p. 512 sqq. editi coll. Archaeol. Aufsätze (Lips. 1861) vol. II p. 618—632 cum additamentis K. Keilii, nec non tit. Argivo ibid. p. 661 sqq. —

Alios Sakellarios *Τὰ Κυπριακά, τόμ.* I. (Athen. 1855), quo volumine geographia et topographia insulae continetur, variis locis inde a p. 46—209 collegit: permulti cum titulis Rossianis congruunt. —

Tit. 1. bilinguis prope Paphum effossus, ubi nil nisi *ΚΑΡΥΞ ΕΜΙ* servata dialecti vetustissimae indole legitur, in Revue archéol. 1862 vol. VI p. 247. cf. Gerhard. Arch. Anz. 1863 p. 8*. Philol. vol. XX p. 739. XXI p. 178. —

Tit. 1. apud Unger. et Kotschy „Die Insel Cypern", Vindobonae 1865 p. 566, coll. Sauppe Gött. Nachr. 1866 no. 9. Leutsch. Philol. vol. XXIII p. 750. —

Titt. 4 a Pieride in Rev. arch. 1866 vol. XIII p. 437 editi coll. E. Miller. ibid. vol. XIV p. 61 sq. Philol. vol. XXV p. 368. XXVI p. 445. —

Tit. 1. biling., vid. De Vogüé Journal asiatique 1867 août p. 120 sqq. —

Tit. 1. brevissimus ed. Ceccaldi Rev. arch. 1870 vol. XXII p. 56. —

Hos titulos fere omnes congesserunt Le Bas et Waddington Voyage archéol. en Grèce et en Asie mineure, Paris 1870—72, vol. III no. 2725—2841 adiectis novis permultis a Waddingtone anno 1861—62 descriptis et hoc primum loco in lucem editis: omnes ad recentiorem aetatem spectant. —

Neque magis nummi Cyprii, quos Engel. „Kypros" Berol. 1841 vol. I p. 522 sqq. collegit, ad dialectum explanandam adiumentum afferunt.

Praeterea inscriptiones Phoeniciae plus quinquaginta in numerato sunt plerumque prope Citium (hodie *Κίττι*) urbem a Phoenicibus conditam a Pocockio, Rossio al. repertae, quibus de illustrandis Gesenius in Monumentis scripturae linguaeque Phoeniciae (Lips. 1837); Roediger in Rossii Hellenicis p. 118 sqq. Berl. Monatsber. 1870, p. 264 sqq. Schroeder. ibid. 1872 p. 334 sqq. Ewald in Gött. Nachr. 1862 no. 23 p. 457 sqq. Levy in Phoeniz. Studien; Helfferich „Die Phoenizisch-Cyprische Loesung", Francof. a. M. 1869 p. 1—35; inprimis De Vogüé „Mélanges d'archéologie Orientale", Paris 1868 (cf. Rev. arch. 1862 vol. VI p. 248. Rev. numismatique 1867 p. 364 sqq. Jour-

nal asiatique 1867 vol. X no. 37) optime meruerunt. Haec monumenta a nostris quaestionibus, quas de dialecto graeca instituturi sumus, prorsus aliena sunt.

Supersunt tituli nummique Cyprii propriis litterarum notis cuneorum Assyriorum-Babyloniorum simillimis exarati, inprimis tabula amplissimi ambitus aenea prope Idalium (hodie *Δάλιν*) protracta, quae monumenta H. de Luynes Numismatique et inscriptions Cypriotes, Paris 1852 publici primus fecit juris. Hae litterarum notae Cypriis et iis quidem inter Graecos quantum scimus solis familiares, quas tamen M. Haug. Allgem. Ztg. Augsb. 1874 no. 32 Beil. in tribus inscriptionibus Troicis a Schliemanno non ita pridem effossis agnoscit (cf. A. Resch. ibid. no. 100 B.), quo modo extricandae sint cuique linguae assignandae per longum tempus omnium scientiam fugit: et Luynes quidem l. l. p. 48 de scriptura Aegyptia (Coptica) cogitavit; deinde Roeth. „Die Proclamation des Amasis an die Cyprier etc.“, Paris 1855 ad linguam Hebraeo-Chaldaeam monstruose revocavit, quod nullo modo probandum esse iam demonstravit Ewald. in Gött. gel. Anz. 1855 p. 1761. Neque magis palmam dederim Helfferich. l. l. p. 36 sqq., qui linguam Semiticam pariter agnoscit tabulaque Idalia psalma vel hymnum (p. 48) contineri mirandum in modum opinatur.

Contra nuperrime S. Birch. in Transactions of the Society of Biblical Archaeology, Londini 1872 vol. I p. 153 sqq. adiutus titulo Idalio bilingui (cypr.-phoenic.) a Langio reperto (vid. Transactions etc. p. 116 sqq.) notas obscuras atque ambiguas potiore jure investigavit vere graecas et potissimum J. Brandis „Versuch zur Entzifferung der kyprischen Schrift“ in Berl. Monatsber. 1873 p. 643 sqq. inprimis tabulam Idaliam optimo credo pacto ad linguam graecam revocavit itaque fundamenta iecit solida ac firma. Quem secutus Th. Gomperz. in Actis Acad. Vindob. 1874 (no. X. 15. April.) reliquos titulos accuratius indagavit; deinde vero proximis his diebus

M. Schmidt. in Jenaer Literatur-Ztg. no. 16 p. 238 (coll. ibid. no. 6) nec non Deecke et Siegismund in Curtii Studiis vol. VII p. 217—264 (coll. Liter. Centralbl. 1874. 14 März) titulos Idalios gravissimos fere omnes enuclearunt permultaque quae Brandisium fugerunt aut fefellerunt praeclare detexerunt.

Sane investigatio aliorum, ut in eius modi quaestionibus difficillimis satisque spinosis fieri solet, ab aliis hic illic discrepat itaque quamvis de lingua graeca in universum nihil dubitationis adsit, de singulis formis, ut nunc res est comparata, saepissime certo affirmari nequit. Iam vero si Deeckium et Siegismundium auctores ut videtur locupletiores sequimur, plura quidem reperiuntur, quae vetustam Cypriorum dialectum produnt (Brandisius tabulam Idaliam quinto a. Chr. seculo adscribit) et cum aliis dialecti speciminibus praeclare conveniunt: contra alia aut in tenebris latent aut in lubrico nimium versantur aut dubitationem movent haud exiguam. Haec igitur monumenta ut nondum satis explorata ad illustrandam dialectum summa cum cautione adhibenda sunt ideoque in his quaestionibus circumspiciamus, ut formas tantummodo certissimas, de quibus funditus persuaserunt interpretes illi clarissimi, suo loco afferamus.[1])

Quae cum ita sint, ad **glossas Cyprias** a grammaticis et lexicographis, inprimis Hesychio traditas confugere cogimur, quae fontem unde dialecti cognitionem haurias, efficiunt uberrimum atque optimum. Ac profecto! harum copia forte fortuna tam larga affluit, ut de singulis sonorum affectionibus Cypriorum propriis ac praecipuis certum iudicium facere liceat. Hesychius (Diogenianus) enim grammaticorum veterum princeps glossas plus trecentas enumerat, quarum alias e dialectis maxime Cypriorum et

---

1) Commentationem Gomperzii Act. Acad. Vindob. 17. Juni., qua comperi eum tabulam Idaliam duce Brandisio tractasse, nancisci nondum potui.

Paphiorum, minus saepe Salaminiorum, Amathusiorum al. sumpsit, alias ex Eucli chresmologi poematis et Cypria carminum Homeri editione adnotavit; alias dialecto non indicata affert, quas summa cum veri similitudine huc trahendas esse quantum fieri poterit demonstrabimus. Huc accedunt frustula pauciora in Etymologicis Magno et Gudiano servata: contra glossae secundarum quasi partium ab Athenaeo, Eustathio, scholiastis Homeri, grammatico apud Bekker. Anecd. Gr. vol. III p. 1095 sq., aliis prolatae, quibus dialecti purae ac genuinae ratio non est habita justissima, minorem nobis praebent utilitatem. Qua de caussa certior dialecti cognitio fructusque utilitatis uberiores maxime e gaza Hesychiana percipiuntur. Iam vero glossae, quas Meursius „Creta Cyprus Rhodus", Amstel. 1675 lib. II cap. 25 primus in unum conspectum redegit, maximam partem aut occultae et enucleatu difficillimae sunt aut corruptela manifesto laborant medicique ope indigent. Quarum permultas Hamaker. „Miscell. Phoen.", Lugd. Bat. 1828 et Gesenius Monum. Phoen. indagare conati sunt Semiticas et saepius quam debebant glossis aperte et perspicue graecis originem Phoeniciam addixerunt: cui sententiae nunc haud facile quisquam adstipulabitur. Phoenices enim in Cypro insula antiquitus consedisse et Citium urbem in meridionali insulae ora sitam condidisse non infitiandum quidem est: contra linguam in universum vere Graecam fuisse documentis certissimis et inscriptionibus glossisque Cypriis luculenter comprobatur, cf. *Ἱερώνυμος Μυριανθεύς „Περὶ τῶν ἀρχαίων Κυπρίων"*, Athen. 1868. Glossarum autem quae supersunt omnium duntaxat tres quattuorve Phoenicibus vindicandae sunt, quarum pars ipsius terminationis caussa originem evidenter declarat non graecam, cf. *ὀβάθ*, *ἀγόρ*: de singulis infra videbimus.

Neque minus fallitur H. de Luynes l. l. p. 48, qui tabula Idalia deceptus etiam glossas Hes. *ἄγανα*, *ἄνδα*, *ἔπιζα*, *ἔστη*, *θᾶτας*, *θής*, *θίβωνος*, *καρβάν*, *κίταρις*, *σιγύνη*,

ἰμίτραον, κίβον, νεσις e lingua Aegyptia (Coptica) deducendas putat: quas omnes dialectum vere graecam prae se ferre primo credo oculorum obtutu satis superque apparet.

Recentiore tempore glossas Cyprias collegit atque aliqua ex parte illustrare studuit Engel in praeclaro libro de Cypro insula conscripto vol. I p. 557 sqq. Nixus tamen, ut illo tempore par erat, editione Hesychii Albertina sententias protulit plerumque non sufficientes neque assensione ullo modo dignas: ceterum ipse satis habet glossas dispersas in unum collegisse et accuratiore dialecti investigatione desistens grammatico eas relinquit.

Deinde Mauric. Schmidt. cum miscellaneis quae in variis annalibus philologis, velut Museo Rhenano, Philologo, Diariis Antiquitatis leguntur, tum maiore commentatione quae inscribitur „Der kyprische dialekt und Euklos der chresmologe“ in Kuhnii Ztsch. f. vgl. Sprf. IX p. 290—307. 361—369, tum vero egregiae editionis Hesychii „ad libri Marciani fidem emendati“ adnotationibus glossis Cypriis, quas mutatis mutandis fere omnes in Indice glossarum popularium quarto editionis volumini adiecto collectas habes, clariorem lucem affudit et nonnulla aperte corrupta coniectura percommode restituit, mendosa erudite et sagacissime emendavit, parum perspicua disertis verbis aperuit, dubiis atque suspectis, confusis atque permixtis suum locum vere ac merito assignavit. Nihilo tamen setius glossae supersunt complusculae aut dubitabiles aut obscurissimae necdum explicatae, quas extricandas Schmidt. Zt. l. c. p. 361 aliis relinquit. Praeterea Schmidtius sententia persaepe mutata plures uni glossae affert coniecturas ita, vix ut de vera eius sententia diiudicari possit; aliis coniecturas iniungit sive arbitrarias sive nimis temerarias atque audaces; alias linguis cognatis parum respectis sine caussa haud probabiliter mutat; alias utpote suspectas vel spurias et insiticias Cypriis abiudicat et ex Hesychio vel potius, ut accuratius dicam, Diogeniano injuria exterminat: postremo in Hes. editione minore (Jenae 1867), qua

sospitem Diogenianum habes restitutum, glossis plerisque asteriscum appinxit itaque quae antea cogitatione et coniectura assecutus est, spernere videtur.

Quibus perpensis vides, quamvis Schmidtius a singulis glossis quibusdam tenebras haud raro dispulerit eiusque egregia de his rebus studia operaeque longe primarium et honoratissimum locum in omnem posteritatem obtineant, permulta aut in dubio aut in obscuro adhuc atque abstruso iacere. —

Alios deinde homines doctos, velut Bergkium, Meinekium, qui variis locis medelam et eam saepius veram ac salutarem glossis nonnullis Cypriis obiter et quasi praetereuntes adhibuerunt, nunc nominare supersedemur: quos suo quemque loco pro dignitate ac meritis collaudabimus.

Denique Sakellarios „*Τὰ Κυπριακά*“ *τόμ.* III (Athen. 1868) [1]) p. 183—221 easdem glossas in unum corpus congessit neque tamen utilitatem quae exspectatur justam ac plenam iis praebuit: nam primum omissis glossis haud paucis (velut Eucli, cuius carminibus dialectus genuina pariter atque Homeri editione Cypria servata est, cf. Schmidt. Zt. IX, p. 361 sq.), contra aliis per confusionem vel errorem enumeratis quae minime Cypriorum sunt, totus sequitur Engelium eiusque sententias, quas nunc paene nullius pretii esse supra diximus, nulla interposita mora adoptat fere omnes. Deinde cum sola editio Hes. minor praesto ei fuisse videatur, coniecturas a Schmidtio ibi prolatas et emendationes non semel caducas et fragiles silentio neque adhibito justo iudicio pro veris recepit aliisque subsidiis quae ut res vere se habeat eum edoceant, destitutus propemodum omnibus nimis illi morigerum sese praebuit nimiumque auctoritate illius ac veluti nutu motus est. Itaque fit ut neglectis vera codicis scriptura et litte-

1) Volumen I., quo Sakellarios inprimis in topographiam insulae accuratius inquisivit, iam supra commemoravimus; vol. II., ubi de historia et mythologia sermo erit, nondum quod sciam prodiit.

rarum ordine, cuius observantissimus fuit Hesychius, aliis vero in editione illa minore et restrictiore perperam acceptis — neque id mirum, cum Quaestionum Hesychianarum editionis amplioris volumini quarto a Schmidtio additarum penitus ignarus sit — diversissima saepenumero misceat ac turbet multaque pro veris doceat falsa. Denique nonnullas quidem glossas usque adhuc abditas et obscuras detegere studuit Sakellarios, nullo tamen modo persuasit. Quanquam enim in indagandis etymologiis linguas cognatas non repudiavit, imo Curtii Elementis Etym. Gr. (ed. I.) suo jure usus saniore hic illic mente iudicavit, valde mirandum est quod nihilo minus sonorum affectionibus faverit quae omnes leges ac normas transiliunt a linguaeque natura penitus abhorrent. Quidenim? quod varias interdum digammi non in σ solum, verum etiam in ζ, ϱ, ν, λ etc. mutationes prout libet parum considerate sumit? quod permutationibus litterarum σ et ϰ, β et ϰ, γ et ϑ, aliis nullo modo credibili aliquoties annuit? Quibus de commentis ex praeclaris illis Elementis meliora et veriora cognoscere potuit.

Quae cum ita se habeant, in glossas Cyprias, quae in fronte ponendae maximique nobis faciendae sunt, denuo inquirere et de singulis sonorum affectionibus, quae e glossis nec non titulis Cypriis ab interpretibus fere omnibus injuria penitus neglectis colliguntur, accuratius quam adhuc factum est disserere easque in quendam ordinem redigere haud absurdum mihi videtur. Quod propositum ut omnibus numeris absolvamus ac perficiamus, **recentiorem Cypriorum dialectum** et mediae et nostrae aetatis in contentionem vocemus necesse est.

Dialectus enim Neograeca, quam a Slavis plurima assumpsisse Fallmerayero nunc haud facile quisquam concedet, servatis formis vetustissimis et principalibus sonorum affectionibus ex ipsa vetere lingua profecta indeque longius paullatim progressa est. Dialecti novellae igitur cum inprimis spirantes neque digamma solum, verum etiam

jod millies tueantur itaque veteris linguae cognitionem nostram saepius mancam et mutilam compleant certioremque faciant, summi nobis momenti ac ponderis sunt neque ullo modo spernendae nec despiciendae: inde quantum lucis veteri sermoni affulgeat, inprimis L. Rossius „Reisen auf d. griech. Inseln" vol. III p. 155 sqq. aliisque locis et E. Curtius in Gött. Nachr. 1857 no. 22 iure meritoque praedicarunt et accuratis frugiferisque quaestionibus de singulis dialectis et lingua vulgari antiquitatis tenacissima recentiore tempore habitis luculenter comprobatum est. Itaque fit ut analogiae e novicia Graecitate depromptae veteri sermoni plus semel non minorem habeant vim probandi quam dubia quaedam posteriorum grammaticorum testimonia.

Jam vero ipsa in dialecto neocypria et vocabula prisca ab aliis dialectis aliena e summa antiquitate religiose servantur, quae glossis Hesychianis lucem haud raro suppeditant iustissimam, et vestigia ipsius veteris dialecti obviam fiunt, quibus collatis magnam glossarum difficillimarum silvam enucleare atque facilius persequi possumus: deinde vero proprietates et litterarum immutationes, quas dialecto veteri adscribemus, in novicia aperte conspiciuntur ad unam fere omnes eamque ob caussam iudicium de illa admittunt certissimum ac firmissimum.

De dialecto neocypria primus

Ross. „Reise nach d. Insel Cypern. Februar und März 1845" (Inselreisen vol. IV, Hal. 1852 p. 81—212) nonnulla docuit; deinde

Myrianthes in Philistor. vol. III p. 433 sqq. 535 sqq. IV, 427 sqq. coll. p. 480 glossas quasdam neocyprias coacervavit, quarum partem Th. Kind. Zt. f. vgl. Sprf. XV p. 179—191 et Jahn. Jahrbb. vol. 96 p. 113 sqq. excerpsit. Denique aliquot ante annis

Sakellarios *Τὰ Κυπριακά, τόμ.* III „*Ἡ ἐν Κύπρῳ γλῶσσα*" cum *Δημοτικὰ Κυπρίων ᾄσματα,* quorum nonnulla

iam in collectione carminum popularium Graeciae recentioris Passoviana leguntur, haud paucis tamen variis lectionibus scripturaeque discrepantiis, deinde *Δίστιχα ἐρωτικά, ναναρίσματα, παίγνια, καθαρογλωσσήματα, παροιμίας, αἰνίγματα, παραμύθια* publici fecit iuris, quibus omnibus hodiernam dialectum accuratissime cognoscimus et eam quidem vere ac serio graecam i. e. ipsa e vetere lingua natam extraneis parce et modice admixtis; tum glossarium adiecit, ubi voces neocyprias difficiliores — earumque copia est satis numerosa — enodare et explanare studuit propositis tamen saepissime etymologiis partim nimis coactis partim vanis neque plausu admodum dignis. Namque cum easdem litterarum mutationes permiras neque suapte quidem natura satis credibiles, quas supra verbi gratia commemoravimus, noviciae dialecto contra ius fasque obtruserit, facile intellegitur necessario etymologias a vero saepenumero penitus aberrare. Itaque satis multa in suspenso atque obscuro relinquuntur, quorum alia quatenus ad nostrum propositum spectant, enucleare et patefacere quam sedulo conabimur, alia alio si Deus volet tempore ad obrussam exigere in animo mihi est.

Ad postremum monumenta dialecti Cypriae mediae aetatis comportavit

Mas Latrie „Histoire de l'île de Chypre sous le règne des princes de la maison de Lusignan", vol. III (Paris 1855) coll. Sakellar. l. l. III, 174 sqq.

Quemadmodum vero in vetere lingua reliquas dialectos graecas, praecipue cognatas in contentionem vocamus et analogias ab iis diligenter quasi mutuamur, sic etiam ad illustrandum sermonem neocyprium dialecti neograecae non sunt neglegendae: itaque ut de Ducangii Glossario mediae et infimae Graecitatis atque Coraei Atactis taceamus, curam meam diligentiamque, operam studiumque, quoad

eius fieri potuit — campum enim, in quo versetur dissertatio, pro virium mearum imbecillitate nimis fere amplum latumque esse non sum nescius —, avidissime dedi dialectis cognitu dignissimis maximeque fructuosis, inprimis

Zaconum (cf. Deville „Etude du dialecte Tzaconien", Paris 1866. M. Schmidt. in Curtii Studiis vol. III p. 347—376), quae a veteribus Doriensibus oriunda permulta inde servavit;

Calabrorum (cf. Morosi „Studi sui dialetti Greci della terra d' Otranto", Lecce 1870. Pott. in Philol. XI, 245 sqq.), qui cum Cypriis haud pauca habent communia;

Epirotarum (cf. Chasiotis „*Συλλογὴ τῶν κατὰ τὴν Ἤπειρον δημοτικῶν ᾀσμάτων*", Athen. 1866);

Locridis (cf. Chalkiopulos in Curtii Stud. vol. V p. 340 sqq.);

Cretae insulae (cf. Pashley „Travels in Crete", Cantabrigiae 1837. Strangford „On Cretan and modern Greek" apud Spratt „Travels and Researches in Crete", Londini 1865 vol. I p. 355 sqq. coll. Chourmouzis „*Κρητικά*", Athen. 1842 p. 105 sqq. et Leake „Researches in Greece", Londini 1814 p. 101 sqq.)[1]);

Syrae insulae (cf. Jean Pio „Sproglige Erindringer fra en Rejse i Graekenland" in Tidsskrift for Phil. og Paedag. 1866, 7. Aarg.);

Pari insulae (cf. Protodicos „*Ἰδιωτικὰ τῆς νεωτέρας Ἑλληνικῆς γλώσσης*", Smyrnae 1866);

Trapezuntiorum, Samothraces, Lesbi, Carpathi, Casi, Rhodi, aliarum insularum, quatenus ex libris Rossii et Conzii („Reise auf den Inseln d. Thrak. Meeres", Hanov. 1860) et excerptis Th. Kindii quae in Kuhnii Diariis vol. X—XV sparsim reperiuntur, nec non e carminibus popularibus a Passovio (Lips. 1860) collectis cognitas habeo.

---

1) Glossarum Creticarum in Philistor. vol. IV, 508 sqq. nec non Macedonicarum a Pantazide ibid. vol. III, 118 sqq. 210 sqq. collectarum notitiam quod valde doleo non habeo nisi ex excerptis.

Deinde nullis prohibitus molestiis nec laboribus linguam Albanorum summa animadversione dignam, quam constat ad vetustissimam Graecorum vel Graeco-Italorum linguam propius accedere neque ullo modo dialectis neograecis adnumerandam esse (cf. Xylander „Die Sprache der Albanesen", Francof. a. M. 1835. G. von Hahn „Alban. Studien", Wien 1853. Bopp in Actis Acad. Berol. 1855. Stier „Hieronymi de Rada carmina Italo-albanica", Brunsv. 1856. Camarda „Saggio di grammatologia comparata sulla lingua Albanese", Livorno 1864 et „Appendice al Saggio etc.", Prato 1866)[1]), nec non linguas Romanenses, unde cum dialecti neograecae in universum (cf. Pappadopoulos *Σχεδίασμα περὶ τῆς ἰταλικῆς ἐπιῤῥοῆς ἐπὶ τὴν δημοτικὴν, γλῶσσαν τῶν νεωτέρων Ἑλλήνων*, Athen. 1866) tum Cypria, ut consentaneum est, nonnulla recepit, siquidem opus erit in contentionem atque comparationem pro virili parte revocabimus.

In scribendis autem vocabulis neograecis litteras quatenus licuit graecas servavi excepta dialecto Calabrorum, quam sola e transcriptione Morosii aliorumque cognitam ac perspectam teneo; in scribendis vocc. albanicis plerumque Hahnium secutus sum. —

His igitur fontibus adiumentisque subnixus glossas Cyprias sparsas atque diffusas collatis titulis et dialecto recentiore in disceptationem quam accuratissimam conserte contexteque vocare propositum habeo et ita quidem, ut singulis sonorum affectionibus quae in vetere dialecto comparent, analogias ex hodierna continenter afferamus eaque ratione quanto opere novella dialectus proprietates veteris quasi hereditarias propemodum omnes sibi assumpserit

---

1) In citandis his libris „Saggio" numero I, „Appendice" num. II notabimus.

oculis luculenter proponamus et omnem simul dubitationem quae de origine dialecti Cypriorum universae vere graeca cuipiam acciderit, ad irritum funditus redigamus. Quibus in quaestionibus hanc semper rationem secuti sumus, ut traditas glossas siquidem aliquo modo aptum habent explicatum neque per se in offensionem et improbationem cadunt, tueamur et repudiatis coniecturis temerariis e dialecto illustremus; item glossas de originatione hucusque inexploratas comparatis linguis cognatis, quales inprimis e praeclaris Curtii Elementis Etym. Gr.[3] et Fickii lexico comparativo[2] primoribus paene labris — quis enim tales fontes quasi perennes neque unquam exarescentes primo statim impetu exhauriat? quis tales thesauros gemmis pulcerrimis ac pretiosissimis repletos exinaniat? — carpsi modo et delibavi, ad suam quamque radicem revocemus itaque glossis quibusdam ex antiquitate bene servatis, quae inutilibus haud raro coniecturis vexatae et exagitatae aut ad Orientem sine caussa ablegatae sunt, opis aliquid atque salutis pro viribus nostris tenuibus afferamus: contra glossas aperte corruptas ac depravatas emendationibus quam lenissimis verique simillimis in integrum, quantum id quidem in nobis erit, restituamus.

Tripertitam autem dissertationem velim ita ut
cap. I. de vocalibus,
cap. II. de consonantibus,
cap. III. de affectionibus nonnullis maxime Cypriis familiaribus
agamus: postremo appendicis instar lexiloga e vetere dialecto comportabimus itaque glossis Cypriis quae nobis quidem supersunt, ad unam omnibus abunde satisfaciemus. —

Jam absolutis quae de fontibus et via ac ratione, qua dissertatio procedat, dicenda erant, nunc priusquam ad ipsum hoc propositum accedamus, restat ut

de universa dialecti indole

verba faciamus: qua de accuratius atque copiosius disputare cum hoc loco longum sit, sufficiet in summa commemorasse haec.

Quantum pro fontium penuria erui potest, hoc pro certo colligi licet dialectum Cypriam, quae remotae antiquitatis speciem plerumque gerit, Aeolicae adscribendam esse neque tamen ita ut a Dorica penitus disiungi possit. Cum Aeolibus enim, ut paucis defungar, non vocalium modo attenuationem et obscurationem, iota adscripti suppressionem, aspiratarum permutationem, consonantium geminationem, zetacismum, praepositionum apocopen, al., verum etiam psilosin et barytonesin communem habere videtur; deinde vero Paphus urbs Cypri celeberrima teste Pausan. VIII. 5. 2 ab Agapenore Arcade, Tegeatarum principe, condita est et inter dialectos Paphiam et Arcadicam i. e. Aeolicam (cf. Strabo VIII p. 333. Gelbke in Curt. Stud. vol. II init.) summa profecto intercedit similitudo: qua de cognatione vid. Bergk. d. titulo Arcadico, Hal. 1860. Curt. Stud. VII p. 262 sq.

Neque tamen contagium Doricum, apprime Creticum negari potest, quod, ut alia tam Doriensibus quam Aeolensibus communia silentio praetermittamus, ex sibilantis in spiritum asperum fuga, diphthongorum correptione, fortassis etiam *υ* hoc est vetusti u in o conversione, aliis apparet, de quibus singulatim suo loco dicemus. Neque vero eo usque progressi sunt, ut aspiratae dentalis in sibilantem attenuationem vel sibilantis in *ϱ* conversionem, quas affectiones constat dialectis quibusdam Doricis, inprimis Laconum in deliciis esse, ab iis deprompserint: quibus a permutationibus etiam novicia dialectus penitus abstinuit, imo potius Aeolicam speciem in vetere dialecto ubique fere praevalentem quam tenacissime servavit.

Dialectus autem in diversis urbibus vel regionibus non sibi constat, quod cum in dialectos aliarum insularum,

velut Cretae (cf. Kleemann „De universa Creticae dialecti indole", Hal. 1872), tum vero in hodiernos Cyprios pariter valet: de quibus narrat Sakellarios l. c. III, 'σελ. λα' not. α „Ἡ προφορὰ τῆς Κυπριακῆς γλώσσης καθ' ἅπασαν τὴν νῆσον δὲν εἶνε ἡ αὐτή, ἀλλ' ἐκ μιᾶς εἰς ἄλλην κώμην μεταβάλλεται." Et quadruplicem potissimum dialectum maxime ex Hesychio cognoscimus: Paphiorum, qui occidentalem insulae partem (cf. Engel. I, 121 sqq. Sakellar. I, 82); Amathusiorum, qui meridionalem (Engel. I, 109. Sakell. I, 58. Ross. Inselr. IV, 169. Myrianth. περὶ τ. ἀρχ. Κυπρ. p. 41); Salaminiorum a Teucro Salaminio Aiantis fratre oriundorum, qui orientalem (Engel. I, 89. 212. Sakell. 159. Ross. 123); Cypriorum i. e. eorum qui septentrionalem et fortasse etiam intimam insulae partem incolebant, quod Bergk. l. c. p. VII. n. 9 recte suspicari videtur. Quibus tamen rebus singulae illae dialecti inter se discrepuerint, nunc e frustulis quae supersunt paucioribus quam quae eius modi distinctionum subtilium adminiculum praebeant, vix elici potest: neque id mirum quisquam habebit, cum glossas easque e dialectis Salaminiorum et Amathusiorum minus numerosas unica fere dialecti specimina exhibere animo secum reputaverit. Sane hercule nonnullas quidem varietates atque inconstantiam quandam pronuntiationis maxime in digammi usu hic illic cum aliqua veri specie deprehendisse nobis videmur: sed in universum de his certi quid affirmare non licet.

Verum haec quidem in praesentia extremis ut dicitur digitis attigisse satis fuerit: singulis, ad quae nunc transeamus, omnia clariore ut spero luce erunt collustrata.

CAPUT PRIMUM.

DE VOCALIBUS.

A. DURAE VOCALES.

I.) A.

§ 1. *A* pro *H*.

A antiquum dorico-aeolico modo pro *η* cum in stirpibus vocabulorum tum in terminationibus servari solet: quod ex glossis omnium dialectorum sat multis nec non e titulis apparet. Exordiamur ab *α* intermedio, quod

Glossae Cypriae

exhibent haece:

Ἀβαριστάν· γυναικιζομένην. καθαιρομένην καταμηνίοις. Κύπριοι.

Guyetus eumque secuti Engel. p. 557 et Sakellarios glossam ad *ἁβριστάν*, *ἁβρίζομαι* deducunt. Quod si verum esset, *ἀνάπτυξις* quae dicitur vocalis *α* ante *ρ* foret statuenda, quae in lingua sane vulgari saepius occurrit, cf. *βάραγχος* et *βράγχος*, *ταράσσω* et *θράσσω* al.: at contra in Cypriorum dialecto huius vocalis intercedentis exempla desiderantur, imo Cyprios anaptyxin omni modo repudiasse elucet e glossis Hes. *ἄρμυλα*, *ἴγκρος*, *εὐτρόσσεσθαι*, *τρέμιθος*, *στροπά* pro vulg. *ἀραβύλας* (Hes.), *ἔγκαρος*, *εὐ-ταρασ-*

σεσθαι, τερέβινθος, στεροπή, de quibus vid. infra. Itaque cur ἀβ-α-ριστάν pro ἀβριστάν, alioquin vero βροῦκος, βριμάζει, ἀβρεμής cett. dixissent, vix esset intellegendum. Praeterea glossa ἄβλαξ· λαμπρός. K. manifestum fit Cyprios pro ἁβρός forma emollita ἄβλαξ esse usos. Quamobrem aliud vocabulum latet; et Schmidtius quidem coll. Hes. σαβαρίχην (Teleclidis fr. inc. XXI vol. II. p. 377 Meinek.) ad hoc ipsum vocabulum, quod pudendum muliebre significat, glossam referre videtur: quae suspicio apta mihi quidem sententia caret.

Potius si quid veri video respondet att. ἄδηρις, Hes. ἀδαριξία (emend. Voss. — Schmidt., cod. ἀδαρέξα)· εἰρήνη: de terminatione cf. ἀσπιστής, πολεμιστής; de δ more aeolico in β mutato vid. infra. Hoc vocabulum de imbecillitate feminea accipiendum proprie mulierem contentione vel pugna carentem, metaphorice mulierem belli inexpertam (cf. Hom. H, 236) et imbellem denotat: quocum interpretamentum γυναικιζομένην hoc est effeminatam praeclare convenit. Ad haec cf. Hes. ἀδηρίτην (cod. ἀδηρήτην, em. Voss.)· τὴν ἀπόλεμον (καὶ ἀπόρθητον) sententia certe activa dictum, quo fortasse nostrum ἀβαριστάν propius referendum est. Jam vero altera notio Cypriis familiaris e priore ortum habere videtur, quod facili profecto negotio fieri potest. —

ἄγανα· σαγήνην K.[1])

Cum codicis scripturae fides haberi liceat (nihil nisi spiritum asperum pro leni emendabimus), generis enallage apud Cyprios frequentissima agnoscenda est: dixerunt ἅγανα i. e. σάγηνα III. decl. pro σαγήνην, cuius metaplasmi analogias e poetis sumptas Schmidt. Zt. IX, 300 affert; cf. Lobeckii dissertationem de metaplasmo conscriptam in Paralipp. p. 168 sqq.[2]) Accentus autem, in quo haesitare quispiam potuerit, aeolico more retractus est (cf. Hes.

---

1) K. brevitatis caussa pro Κύπριοι scribamus. —

2) Cf. ἄλϜω tab. Idal. v. 21. accus. sing. III. decl. (Stud. VII p. 255). —

ἄγωνον· τὸν ἀγῶνα ex Alc. fr. 120), quam affectionem Cypriis cum Aeolibus communem esse saepius observabimus: qua de caussa non opus est cum Schmidtio et Ahrens. d. dial. Dor. p. 134 mutata codicis scriptura in substantivum I. decl. ὀγάνα incidere.

Ngr. ἀγανόν, quod Sakell. p. 184 confert, „τὸ μὴ πυκνὸν ἤτοι τὸ ἀραιῶς ὑφασμένον ὕφασμα" a nostra glossa alienum est: nonne pertinet ad rad. Ϝαγ, unde ἄγ-νυμι? —

Sequitur gl. ἀγήτωρ· ὁ τῶν Ἀφροδίτης θυηλῶν (em. Musurus, cod. θυικλᾶν) ἡγούμενος ἱερεὺς ἐν Κύπρῳ.

Cf. aeol. — dor. ἀγέομαι (Terpand. fr. 1 ἀγήτωρ), Hes. ἄγεο· ἡγοῦ, quod H. Stephanus aliique male scribunt ἅγεο; item maced. ὄγημα (Hes.) = ἥγημα; cret. ἀγεμόσιν, ἀγουμένοις al. in titulis (Helbig „Quaestt. d. dial. Cretica", Plaviae 1873 p. 29): cf. Ahrens. II, 38. Cyprium ἀγήτωρ igitur pro hom. ἡγήτωρ (B 79. Γ 153 al.), pindar. ἁγήτωρ, vulg. ἡγητής dicitur incolumi primaria radicis forma ἀγ (Curt. El. Et.[3] 161), quae vocabulis omnibus modo commemoratis subest, neque quisquam Hamakero Misc. Phoen. p. 301 adstipulabitur, qui originem in hebr. חַג „festum" quaerendam inepte suspicatur. Ipso pro ἀγήτωρ i. e. ἡγήτωρ in tit. Cypr. apud Ross. Mus. Rhen. l. c. no. 16, 3. Sakellar. I p. 96 no. ζ'. Rangabé Antiquités helléniques II. no. 1234 reperitur ὁ ἀρχός eadem notione (cf. Sauppe Gött. Nachr. 1866 no. 9. Leutsch. Philol. XXIV, p. 226), unde nostram etymologiam nihil habere dubitationis aperte cernitur. Contra errat mirum quantum Sakellarios, qui coll. cret. ἁδνόν· ἁγνόν (Hes.)[1]) de verbo αἰδέομαι („ἀγήτωρ· αἰδέσιμος") sive de ἄγαμαι coll. Hes. ἀγητοί· θαυμαστοί cogitat.

E titt. Cypr. comparandum nom. propr. Ἀγίαν C. I. Gr. no. 2617, 1 = Ἡγίαν, et Ἀγεμόνα Le Bas no. 2800. 2802.

Deinde infestissimo ordine in codice scribitur ἀγαθός· σιωπᾷ· K.:

---

1) De hac glossa prorsus aliter iudicandum est, vid. Curt. p. 658.

quam corruptam esse aptaque sententia prorsus carere nemo non videt. Jam Musurus coniecit ἀγαθᾷ nec non Engel. et Sakell. coniectura illa temere ac tacite probata verbum Cyprium ἀγαθάω a vulg. ἀγαθός deflexum (cf. neocypr. ἀγαθός· εὐήθης) cum notione tacendi ponendum esse suspicantur, quam sententiam ut de ordine perturbato taceamus, ad veri similitudinem accedere persuadere mihi nunquam potui. Deinde Schmidt. alia via inita verbi σιγᾶν formam aliquam putat latere et hoc recte quidem: cum enim *I* et *Λ* in codicibus saepius confundantur, patet glossam ab iota exorsam per erratum hoc loco insertam esse. At ipsa vero coniectura, quam vir doctissimus in Hes. ed. I p. 533 et Philol. XII, 588 proposuit

ἴγα (θός)· σιώπα mihi quidem non arridet. Potius *ΑΓΑΘΟϹ ϹΙΩΠΑΙ* mendose scriptum videtur pro *ΙΓΑΘΗΕϹΙΩΠ* . . . . .

hoc est ἰγάθη· ἐσιωπ(ήθη) cypr. = ἐσιγήθη, dor. ἐσιγάθη (cf. Hes. ἐσιγάθη· ἐσιωπήθη. Eur. Phoen. 349. Theocr. idyll. 16, 54 al. Graefe Melet. p. 125, 6) a verbo ἰγᾶν Cypriorum proprio, Hes. ἴγα· σιώπα K. —

Sequitur porro ἄνδα· αὕτη K.,

quod suspicioni obnoxium iure meritoque putat Ahrens II, 272: neque enim quisquam ἄνδα e dialecti legibus quibusdam pro αὕτη dictum asseverabit, quam opinionem Schmidt. Zt. l. l. p. 368 „ν = υ“ et Camarda l. c. I, 73 „ἄνδα eol. = αὐτή“ (!) animo imbibisse revera videntur. Comparari quidem possit Hes. ἀντετοῦς· τοῦ αὐτοῦ ἔτους. Λάκωνες: at tamen cum ordini summo opere refragetur et Doriensibus αὐτός vel αὖς (Hes.), non ἀντός in usu fuisse e titulis satis appareat, eandem habet suspicionem gravissimam. Sic etiam alias glossas quae huc trahi queant, velut κατεβανκάλησε· κατεκοίμισε pro κατεβαυκάλησε, mendosas esse ordo turbatus perspicue docet. Neque magis cum Legerlotzio Zt. VII, 69 consentio, qui ἄνδα sim. ad pronomen demonstrativum ἄντος revocat, cui duplicem stirpem ἀν coll. ἔν-θα, sct. ana, et το coll. οὗ-το-ς, αὐ-τός

inesse censet. Quibus de vocabulis quaeritur an aliter iudicandum sit.

Contra nostra glossa simplicissime emendanda est *ἂν δ' ἅ· αὕτη*. Fortasse in Eucli carminibus simili modo quo Hom. ζ 253 *ἂν δ' ἔβη αὐτή* reperitur, scriptum fuit *ἂν δ' — ἅ*, quod Hesychius voc. *αὕτη* interpretatus est. Cf. *ἂν δ' αὐτήν· καὶ αὐτήν* (Hom. *Α* 143), ubi codex similiter praebet *ἀνδ' αἰτήν*. Quod si vere conicio, cognoscitur *ἅ* = *ἥ* apud Cyprios poetice pronominis demonstrativi *αὕτη* loco esse dictum, qui usus antiquissimus in carminibus Hom. sexcenties observatur (ex. gr. *Α* 12). *ἅ* autem hac sententia demonstrativa (Hes. recte *ἥ· — ἀντωνυμία ἀναφορική*) usurpatum haud dubie acuendum est.

Ceterum eadem prorsus ratione, ut invitante occasione Sophocli succurram, glossam Hes.

ἀνθήμερον· σήμερον ἡμέρα (Soph. fr. 172), quam Legerlotz l. l. p. 70 not. ut integram haud probabiliter defendere studet, in pristinam integritatem restituere mihi videor: quam cum series litterarum *ἀνθήμερον* poscat, non *αἰθήμερον* scribere oportebat Schrevelium (*αὐθημερόν* Brunck. et Nauck.). *Αὐθήμερον* enim, quod neque a prosae orationis scriptoribus (Thucyd. Plat. Xenoph. Aristot.) neque a poetis (Aesch. Aristoph.) alienum est, cur Sophocli Hesychius adscripsisset, intellegi nulla prorsus ratione posset. Itaque glossa sanissima dispescenda est *ἀν θ' ἥμερον· σήμερον ἡμέρα.*

Quod si recte se habet, forma traditur nobis usque adhuc ignota pro vulg. *σήμερον*, quod constat a pronominis demonstrativi stirpe sa, gr. *ὁ*[1]) originem ducere (cf. alban. *σοτ* s. *σοd* „hodie" i. e. *σο διτ*, sct. sadja; item *σόντε* i. e. *σο-νάτε* „hac nocte". Bopp. in Act. Acad. Berol. 1855 p. 460). Quemadmodum vero lingua vulgari *σῦς* et *ὗς* (vid. Lobeck. Path. El. I, 121. Curtius Etym.⁴ p. 385), *σύαινα* et *ὕαινα*, *συβάλλας* et *ὑβάλης* (Hes.), *συρίσκος* et

---

1 Att. *τήμερον*(ad stirpem ta, gr. *τό* spectat.

ὑρίσκος (Hes.), ὕλη et Σκαπτη-σύλη (Curt.[3] 349. 599), συρίζω et ὕραξ (rad. svar Benfey Gr. Wurzellex. I, 461; cf. ngr. σουρίζω Passov. Ind. iuxta σφυρίζω, Ducang. σφιρίζειν servato digammo); σήθω et ἠθμός (Lob. Rhem. p. 90. 93 sq.), σέδας (Hes. Suid. Phot.)[1]) et ἕδρας (accus. plur.), σειρά et εἱρμός (rad. svar Curt. 330), Σελλοί et Ἑλλοί ap. Pindar., Σερμύλιοι et Ἑρμύλιοι Schol. Thucyd. I, 65; σεπτάς ap. Pythag. (v. Thes. ling. Gr. s. v.) et ἑπτάς (alban. σ̱εττά septem, ital. sette); ἑλάνη, Hes. ἑλένη, et σέλαινα (Hes. σέλαιναι, Lob. Proll. 35 σελάναι: rad. σϜελ); ʽσφέ i. e. σϜε et ἕ (cf. zacon. pronom. 3. pers. σί = dor. ἑοῦ; σοῦ = ὧν; σέ = ἕ Devill. l. l. p. 109. item alban. σάιγ, sct. sva) promiscue usurpantur, sic etiam σήμερον et ἥμερον, quod ad gr. ὁ proxime se applicat, dici potuerunt. Hanc vocem posterioribus temporibus oblitteratam Hesychius suo iure in glossarium recepit ita, ut integrum quidem Sophoclis locum, quem legerat, ἀν θ' ἥμερον adnotaret, nihil tamen nisi glossam memoria dignam ἥμερον verbis σήμερον ἡμέρα explicaret. Quae interpretandi ratio apud Hes. saepius invenitur, cf. δ' ἠλαίνουσι (cod. uno tenore δηλ-)· παίζουσι. δ' οἱ δέατο (in cod. similiter conserte scriptum)· ἐβουλεύσατο. ἐν δ' ἔπεσεν· ἔπεσεν (Hom. Δ 134). θ' ὁλκάζει· χαλιναγωγεῖ. Simile quid glossae corruptae δήβοιλοί· κιθαρῳδοί subest, fortasse δὴ βυδοί, ut Schmidt. vol. I p. 556 statuit: rad. vad, Curt. 233. Item ἂν ἔρεξα· ἔπραξα. ἂν ἐρεπτομένη· χορταζομένη. ἐπεὶ ἂρ τμάγεν· ἐπεὶ διεχωρίσθησαν (Hom. Π 374). στῆ ῥ' ἀντασχομένη· νὰς χεῖρας ὑπὶ τὸ πρόσωπον ἀνατείνασα (id. ζ 141). μάραγνά γ' ἡ· ταυρεία (Eur. Rhes. 817). Similiter denique haud scio an gl. suspecta necdum explicata τάγανα· ταῦτα. Κρῆτες dissolvenda sit: τά γ' ἀνα (ἀναφορικῶς?) dictum est pro ταῦτα.

Sed haec quidem hactenus: glossam nostram emendandam esse ἀν θ' ἥμερον mihimet liquidum est. Ipsa autem verba ἀν θ' quo modo scribenda sint utrum ἂν θ' coll.

1) Schmidtii correctura σέλλας minime opus est.

Oed. Tyr. 749 ἂν δ' an αν exitum vocabuli antecedentis efficiat, ad dilucidum diiudicari non potest. —

Jam redeat unde aberravit oratio: cum his reputatis de cypr. ἄνδα, quin lenissima mutatione pariter scribendum sit ἂν δ' ἅ, nihil mihi controversiae sit, pergamus ad

ἀπλαθῆ· πολλά. K.

In cod. legitur ἄπλαντα· ῥυπαρά. ἀπλανῆ· πολλά Κύπριοι invito ordine. Has glossas non esse in integro facile perspexeris: neque enim credibile est Cyprios ἀπλανῆ pro πολλά usurpasse neque magis intellegitur quid sit ἄπλαντα. Jam H. Stephanus coniecit ἄπλυντα „illota", quod coll. πλυν-τήρ sim. (contra πλυ-τός) ad veri speciem proxime accedit (Schmidt. ἄπλυτα). Neque tamen cum Schmidtio Κύπριοι in κόπρια mutatum ad ἄπλυντα illud rettulerim neque scripserim ἄπλυντα· ῥυπαρά, ἀπλυνῆ [πολλά] κόπρια, quod nimis audax videtur. Huc accedit quod Schmidtius coll. Et. M. et Cyrill. Dresd. 171 ἄπλητα· ἄπειρα, πολλά vocabulum πολλά glossae alicui ἄπλητα vel ἄπλετα, quam excidisse statuit, vindicat: quam coniecturam nimium ficticiam Sakellarios p. 190 scribens ἄπλετα· πολλά. Κύπριοι temere arripuit. Imo vero auctore HSt. scribendum ἄπλυντα· ῥυπαρά, quod ad nostram quaestionem non attinet; in altera vero glossa ἀπλανῆ ex ἀπλαθῆ corruptum est = ἀ-πληθῆ, cf. πιμπλά-ναι, quo πλῆθος spectat, rad. πλα Curt. 260: cret. πλᾶθος C. I. Gr. no. 3048, 21, quocum Hes. πλατίς (Schmidt. πλᾶτις)· .... σύνοδος, ἄθροισμα e dialecto nescio qua (cf. Lob. Path. El. I, 236 not.) pro ion. πληθύς dictum, fortasse etiam gl. πλάτυς· ἡ τῶν λοχόντων (Musur. recte λοχώντων) ἄθροισις, siquidem fidem habet integram, arctissime cohaerent (boeot. πλεῖθος).

In ἀπλαθῆ autem α quod vocare solent intensivum hoc est α ex praepositione ἀνά truncatum conspicitur, cf. poet. ἀνα-πλήθω, vulg. ἀνα-πίμπλημι. Similiter vulg. ἀσπερχές ab ἀνα-σπέρχομαι; ἀτενής „tenax" ab ἀνατείνω, al. —

ἄριζος· τάφος. K.

non e Semitico חָרִיץ „fossa" (hebr. חָרוּץ) derivandum est, quod Hamaker Misc. Phoen. p. 303 voluit probantibus Gesenio Mon. Phoen. p. 385 et Schmidt. in Philol. XI, 587, sed genuina est vox graeca. Jam Engel. s. v. vulg. *ἄρριζος* (i. e. *ἀ-Ϝριζος*, cf. aeol. *βρίσδα*, rad. *Ϝραδ*) afferens explicat „tumulus radices non amplius agens". Hoc sane a poeta aegerrime de sepulcro dici possit: at iure miraremur, cur digammi, cuius tenaces Cyprios fuisse infra videbimus, vestigia prorsus evanuissent. Imo si coniecturae illi fides adiungi posset, e dialecto exspectaremus *ἄυριζος*. Potius in *ἄριζος*, quod seriem litterarum violat, formatio Cypriorum propria latet pro vulg. *ἠρίον* (Hom. *Ψ* 126. Apoll. lex. 84, 30), quod ab *ἔρα* „terra" (rad. ar Curt. 319) haud male derivant, vid. Et. M. p. 437, 14; et in terminatione quidem-*ζος*, quam in-*ζον* mutarim, deminutivum inest ita ut *ἄριζον* e dialecti legibus dictum sit pro **ἠρίδιον* (cf. paph. *κόρζα* = *καρδία*, vulg. *πεζός* = *πεδ-ιο-ς*): quod voc. *τάφος* „tumulus, sepulcrum" (Hes. *τάφος· — τύμβος*) aptissime explicatur. — Contra Sakellarii sententia *ἄριζος* ex *α* intensivo, quod nullum est, et *ῥοῖζος* „strepitus" compositum esse („*ἤτοι τόπος, ἐφ' ὃν πολὺς γίνεται ῥοῖζος*") non tam sententiae caussa hoc loco insulsae quam propter diphthongi in *ι* coartationem e vetere Graecorum lingua incognitam omni modo improbanda ac reicienda est. —

Sequitur gl. *βάλλαι· βαθμοὶ ὑπὸ Κ.*

= *βηλοί*, rad. *βα*[1]): forma principalis est *βα-λjο-ι*, unde et cypr. *βάλλαι* intacta brevi vocali per assimulationem progressivam (cf. ncypr. *παλλούρα* = vet. *παλίουρος*) generisque enallagen (cf. cypr. *βροῦκαν· χλωρὰν ἀκρίδα* = ion. *βροῦκος, βροῦχος. μύθα· φωνή* = *μῦθος. κίμαι· χυμός* = *χυμοί* Hes. Item ncypr. *ἡ κλοῦβα* = vet. *ὁ κλωβός. κουνιά* i. e. lat. cuneus. *λούρα* = vet. *λῶρος. μάλλα* = *μαλλός* al.) et vulg. *βα-λός* (Hes. *βαλόν· οὐδόν*, cf. Bekker.

---

1) Gesenius l. l. p. 387 confert מַעֲלָה „gradus", sine dubio falso.

Anecd. Gr. p. 224, 12) et att. *βη-λοί* per productionem suppletoriam ortum cepit (cf. *ἀλλήλων* ex *ἀλλ-αλjo*).

Cypria haec dicendi ratio ab Aeolibus eius maxime affectionis tenacissimis repetita est, cf. aeol. *κράννα* (*Κραννών*) ex *κρα-νjα*, att. *κρή-νη*. Hes. *γάλλοι* (aeol.?) = *Fαλjo-ι*, att. *ἧλοι*. *χέλλιοι* = *χίλιοι*, vid. Wald „Additamenta ad dial. et Lesb. et Thessal.“, Berol. 1871, p. 12 sq., boeot. *χείλιοι*. At in vulgari quoque lingua habes *φύλλον* i. e. *φύλιο-ν* = lat. fo-lium, rad. *φυ* Curt. 286. —

Glossae Paphiae.

σάσαι· καθίσαι. Πάφιοι.

Hanc glossam Albertus, Engel., Lobeck. Rhem. 103, Sakellarios ad voc. *θάσσω* uno consensu ita rettulerunt, ut pro *θάσαι* e dialecto dicta sit: at vero sibilantis et aspiratae dentalis permutationem constat solis Laconibus peculiarem fuisse, cf. Ahr. II, 66 sqq.[1]) Potius *σάσαι* cum

---

1) Cretibus quoque hanc dicendi rationem addixit Helbig. „Quaestt. d. dial. Cret.“, Numburg. 1869 p. 18 sq., quem laudat Kleemann. „De universa Cret. dial indole“, Hal. 1872 p. 12, neque tamen recte: iam dudum abrogarunt Ahrens. II, 69 sq. Voretzsch. „De inscr. Cret.“, Hal. 1862 p. 23. M. Schmidt. Zt. XII, 215. Hey „d. dial. Cret.“, Dessav. 1869 p. 36. Neque magis Helbigius in recentissimo opere de dial. Cret. (Plaviae 1873) conscripto p. 12 mihi persuadet.

E dialecto Macedonum, quibus Fick. in Orient. et Occid. II p. 721 eandem immutationem obtrudit, prorsus nihil certi constat: de voc. *σιγύνη*, quod Fickius cum gr. *θηγ-* parum probabiliter coniungit, aliter iudicandum fuerit. Atque etiam hodie *σ* ex *θ* emollitum maxime in dialectis Calabriae (vid. Morosi p. 107) et Zaconiae (v. Devill. p. 76) reperitur, quarum utramque constat a veteribus Laconibus plurima sibi assumpsisse. Exempla perpauca e dial. Locrica commemorat Chalkiopulos Stud. V, 353.

Denique Albanis quoque hanc permutationem vindicare studet Camarda I, p. 78 neque tamen etymologiae ab eo prolatae omnes assensione probantur: sic, ut unam commemorem, verbum *σοχ* „videre“ non cohaeret cum gr. *θεάομαι* (cf. lac. *σάω*, cuius formas antiquiores **σασκω* vel **σωσκω*, unde *σοχ* propagatum sit, idem Camarda p. 140 fingit), sed potius

verbo ἱστάναι cohaeret et pro στᾶσαι i. e. στῆσαι dicitur, quod ipse Hes. voc. καθίσαι interpretatur. Collatis autem ὕεσις, quod iisdem Paphiis pro ὑέστις „vestis" (cypr. ἔστης, vid. infra) adscribitur, et analogiis haud paucis, quas part. II. congeremus, nostra explicatio praeferenda neque Schmidtii correctura σᾶσαι (i. e. σῆσαι)· καθαρίσαι necessaria videtur. De α antiquo cf. dor. ἵσταμι (Hes. ἔστακε), lat. sta-re, sct. ti-shthâ-mi, germ. vet. stâ-m, al. (Curt. 199); neocypr. στάμα i. e. σταθμός; συσταρίζω „in ordinem redigere" coll. vet. στηρίζω. Sic etiam in tit. Idal. bilingui v. 2. VII, 2 ka. te. s. ta. se = κατέστασε, quod Brandis p. 646. 654 n. 1 praeclare investigavit (cf. Stud. VII, 227. 258); item Στασά(ν)δρω Luynes pl. II, 3. Στασίκυπρος tab. Id. 2, simil.: στᾶσαν tit. Arg. l. c., v. 5. —

Deinde σοάνα· ἀξίνη. Πάφιοι = ξυήλη, rad. ksu Fick. 54. Ξόανον, unde Engel. et Sakellar. glossam deducunt, ad interpretamentum ἀξίνη non quadrat. Correctura autem σοάλα, quae Schmidtio placet, prorsus supervacanea est: imo litterarum λ et ν permutationem Cypriis usitatissimam fuisse exemplis infra demonstrabimus permultis (cf. Hes. οὖνον· ὑγιές. K. = οὖλον. Item ncypr. παναίστρα Sak. ᾳσμ. 17, 31 = παλαίστρα. πο(δ)ίνα „solea" = vet. πέδιλον, al.). —

E glossis **Amathusiorum** et **Salaminiorum** in medium prodeant:

Μάλικα· τὸν Ἡρακλέα Ἀμαθούσιοι.

Haec glossa a Phoenicibus sine dubio repetenda cohaeret cum hebr. מֶלֶךְ vel syr. Malco „rex" atque mentem revocat ad Tyrium Melkart, quem Amathusii colebant (Engel. I, 170. II, 62). „Deos autem vulgo reges appellabant Orientales. Cf.: Μελίκαρθος, ὁ καὶ Ἡρακλῆς, Sanchoniathon. מֶלֶךְ קַרְתָּא „rex urbis" sc. Tyri", Bochart. Canaan

---

ad rad. sah, goth. saihvan referendum est: gutturalis finalis igitur pariter atque in verbis φόεγ „abscondere" (a vet. ψέφ-ας), φτοχ „refrigerare" coll. ψυχ-ρός) ipsius radicis est. —

2, 2; vid. Pott. Zt. VII, 106.[1]) Ceterum eandem Phoenicum originem nom. propr. *Μάλῃκο(ς)* indicat, quod in tit. sepulcrali Theraeo legitur, vid. Franz. Elem. Epigr. Gr. p. 52; de lat. Malchus, Malchio vid. Jahn. Specim. Epigraph. p. 96. Formam Phoeniciam autem Amathusii ad dialectum accomodarunt: *α* pro *η* et — *ιξ* terminatione ut saepius (cf. *ἄρπιξ· εἶδος ἀκάνθης. βρένθιξ· θριδακίνη. Κύπριοι.*) usi sunt. Errat certissime Schroeder „Die Phoeniz. Sprache“, Hal. 1869 p. 101. 168, 3, si de *ϱ* abiecto cogitans formas sumit *Μάλικας, Μάλικαρ(τ)* = *Μελίκαρθος*, —

θέαγον· τὸ θεῖον, ᾧ καθαίρουσι. Σαλαμίνιοι, quod Engel. falso ex *θεῖον* et *ἄγω* conflatum putat, respondet dor. *θεάϊον*, ion. *θεήϊον*, cret. *θιήϊον*, hom. *θέειον* (*θήϊον* solum *χ* 493), att. *θεῖον*: posteriore tempore etiam *θεάφιον* vel *θέαφος* teste Eustath. p. 1935, 24, unde ngr. *θειάφι* (Mullach. „Gramm. d. gr. Vulgaerspr.“ p. 172). Haec glossa etiam nunc in Cypriorum dialecto superstes est: *ἀθειάκιν* „pyrites“ (pronuntiandum — tšin[2])), contra cret. *ἀπύρι*. *α* ut saepius est protheticum, cf. ncypr. *ἀγνωρίζω, ἀζουλέβκω, ἀθθάσιν, ἀπηδῶ, ἀρκάκιν, ἀσκέλιν* al. = vet. *γνωρίζω, ζηλεύω, θάσιον, πηδῶ, ῥυάκιον, σκέλος*; de *κ*, vet. *γ* ex *ι* vel j obdurefacto v. infra. Quae cum ita sint, Meinekii emendatio *θεάϊον*, quam Schmidt. Zt. l. l. 365 et Hes. ed. min. laudat, non est necessaria. —

Denique in nomine *Λάπαθος* urbis, quam a Laconibus conditam esse Strabo XIV, 682 prodit (v. Sakell. I, 125 sqq. Myrianth. *περὶ τ. ἀρχ. Κυπρ.* p. 43 sq.) vetustum *α* super-

---

[1]) Quod de Amathusio Herculis-Melkartis cultu a veteribus traditur, monumentis nostris diebus effossis luculenter confirmatur: cf. antiquissimam Herculis statuam colosseam nuperrime prope Amathuntem protractam, quam describit Dethier Allg. Ztg. Augsb. 1874 n. 91 ausserord. Beil. p. 1390.

[2]) Hanc *κ* ante *αι, ε, η, ι, οι, υ* pronuntiationem Cyprii cum dialectis Zaconica, Attica, Boeotica, Locrica, Cretica aliisque insularum dialectis fere omnibus, Calabra nec non Albanica habent communem. Cf. Deffner. Stud. IV, 266. Chalkiop. ibid. V, 357 sq. Sakell. *σελ. λα'*. Hahn. l. c. II, 20 n. 49. Camarda I, 68. Pappadopoulos *σχεδίασμα* p. 21. —

est pro *Λάπηϑος* (hodie *Λάπηχος δίστ.* 112 e dialecti consuetudine[1])) et *Λάπιϑος* postea usitatis. —

Agmen claudunt **tituli Cyprii:**

μάτηρ C. I. Gr. no. 2613, 1; item *ματέρι* in epigr. Salamin. Philol. XXVI p. 445 v. 6.

ϑνατοῖς ibid. v. 10, contra *Δημῶναξ* v. 3.

Αγίαν = *Ἡγίαν* vid. p. 18.

Δαμοϑέτου C. I. Gr. no. 2617, 1: quocum comparantur *Φιλοδάμου*· no. 2621, 1 et *Σώδαμον* ap. Ross. l. l. no. 1 v. 1, cf. *Ἀρχαιολογικὴ Ἐφημερίς* 1862 Dec. p. 312.

κᾶρυξ = *κῆρυξ* Rev. arch. 1862 vol. VI, p. 247, cf. Hes. *κᾶρυξ· κῆρυξ* (Timoth. fr. 9); Curt. Stud. VII, 234. E titulis Idaliis affero *κᾶπον* Id. 20. *κάπῳ* id. 24. *κάπος* (accus. plur.) id. 30. *πε(ν)παμέρων* Bil. 2 = *πενϑημέρων* (Stud. 237).

Ὀνάσιλος Id. 2. 4. 7. saep. = ion. *Ὀνήσιλος* (Stud. 246). *ἰναλλαλίζειν* Id. 26 = *ἐν-αλλήλ.* (Stud. 255). De aliis magis minusve dubiis hoc loco taceamus. —

Praeterea ad nostram dialectum revocandae sunt glossae Hes. haece:

---

1) Cf. cypr. *ἀβαχή* praeter *ἀβαϑή* = *ἀγαϑή*; de labialismo vid. p. 59. (*ἀ*)*παιχανίσκω* praeter *ἀπαιϑανίσκω* = vet. *ἀποϑνήσκω*. *ἀχχάσιν* praeter *ἀϑϑάσιν* = vet. *ϑάσιον* (*κάρυον*), Ducang. *ἀ- ϑάσια*. *βάχος* = *βάϑος*. *κριχάριν* praeter *κλιϑάριν*, vet. *κριϑή*. *μεχῶ* = *μεϑύω*, ngr. *μεϑῶ* (rad. madh. Curt. 244). *ὄρνιχα* Carpasiotarum proprium (cf. cypr. l'Orniphe, viculus in Messaria planitie situs, = Ornithi in monum. Cypr. med. aet. [anni 1287] apud Mas Latrie l. c. p. 673. item *ὄρνιφες* in Crusii Turcograecia p. 188) = *ὄρνιϑα*, calabr. órnita Sternatiae usitatum, alibi órnisa (Morosi 107).

στῆχος = *στῆϑος*. *σπαχί* „gladius“ solum *δίστ.* 264 iuxta *σπαϑίν*, calabr. spati et spasi, = *σπάϑη*, alban. *ϑπάτε*, ital. spada, russ. spata. —

Item initio vocabulorum: *χάβκω* iuxta *ϑάβκω* = *ϑάπτω*, rad. dhap. Curt. 466. *χάλασσα*, *χανατώννω*, *χαρρῶ*, *χέλω*, *χωρῶ* (calabr. ghorò Bovae, alibi torò servata dentali), al. = *ϑάλασσα*, *ϑανατόω*, *ϑαρρῶ*, *ϑέλω* (cf. *φέλω* apud Theraeos, Ross. Inselr. I, 58 not.), *ϑ*(*ε*)*ωρῶ*: cf. Sakell. s. vv. Ross. l. l. IV, 210, unde pendet Mullach. Gr. p. 89.

ἀοῖα· δένδρα κοπτόμενα καὶ ἀνατιθέμενα τῇ Ἀφροδίτῃ, ὡς ἱστορεῖ Νάσσανδρος, πρὸς ταῖς εἰςόδοις = *ἠοῖα*, siquidem Engel. I, 5 obscurum *Νάσσανδρος* ex *Ἀλέξανδρος* corruptum atque ad Alexandrum rerum Cypriarum scriptorem referendum iure censet. Hoc saltem ad veritatem longe propius accedit quam Schmidtii suspicio parum credibilis *Μνασέας*. Ipsa de re videsis Engel. II, 558. Gerhard Gr. Mythol. I p. 415 § 386. Neque tamen Engelio II, 559 not. 54 assentior, si etiam Hes. *ἠῷα* (imo *ἠώα*)· *ἡ κέδρος ἐθνικῶς* Cypriorum esse putat, pro quo certe *ἀώα* vel *ἐώα* (v. Hes. *ἐώα· — θυσία ἐν Κύπρῳ*) e dialecto exspectaremus. — Eiusdem stirpis est *ΑοοΣ* in nummo Cypr., vid. Luynes Numism. etc. p. 33 coll. Et. M. 117, 33. —

Deinde e Cypria carminum Homeri editione B 99 gl. *ἐράτοθεν· ἀνεπαύσαντο* (cod. *ἐρατοθέν· ἀνεπανάσατο*, em. Musur.) fluxit pro *ἐρήτυθεν*: de *ο* = *υ* vid. § 6. Elucet igitur ex hoc aliisque exemplis, quae procedente dissertatione subnectemus, dialectum Cypriam in carminum illorum editionem irrepsisse, cf. Ameis de aeolismo Hom., Hal. 1865 p. 52.

Neque magis dubito quin gl.

ἀζαχές (Musur., cod. *ἄζαχ..*)· —, *οἱ δὲ ἀδιάλειπτον* indidem Δ 435 originem habeat pro *ἀζηχές* (Hes. *ἀζηχές· διηνεκές, ἀδιάλειπτον*) i. e. *ἀ-διηχές*, vid. Doederlein „de *α* intensivo", p. 7. Quam glossam integram cur Schmidtius e Diogeniano moverit, non video: comparandum dor. *ἀχά, ἀχώ* ex. gr. Erinna fr. 3, unde ngr. *ἀχέω* = *ἠχέω* Passov. Carm. pop. 103, 10 al.

Huc etiam gl. *ζατές· ζητεῖς* (em. Schmidt., cod. *ζητεῖ*[1])) cum Schmidtio trahi possit: at tamen eodem iure Doriensibus assignari licet, quibus et *ζατέω* (ex. gr. Epicharm. 127) vel *ζατεύω* (Alcm. fr. 33, 8 Bgk.) et syllabae ultimae correptio (velut *ποιές* = *ποιεῖς* dor. teste Apollo-

---

1) Mullach. Gramm. p. 256 coniciens *ζάτεις* (infinitivus!)· *ζητεῖν* mihi quidem nullo modo persuadet.

nio d. pronom. 119) in usu erat; cf. Hes. *δατέν· ζητεῖν*, quod [Laconum vel] Boeotorum est (Ahr. I, 175. II, 95)[1]), rad. djâ Curt. 571. Contra nihil est ambigui quin gl.

ἰφᾶτιν· κρύφα λαλοῦσαν propter apocopen praepositionis *ὑπό* in *ἰπό* emollitae (cf. Hes. *ἰμίτραον· ὑπόζωσον Πάφιοι* = *ὑπο-μίτρασον*) Cypriorum sit pro *ὑποφῆτιν*, dor. *ὑποφᾶτιν*, siquidem Schmidtius codicis scripturam manifesto corruptam *ἰφιντάν* recte enucleavit: et haec quidem sententia veri est similior quam C. Schwenckii, qui in Mus. Rhen. I, 154 *σφίγγα· τὴν κρ.* legendum esse nimis confidenter asseverat. — Denique gl.

σμαρκόν· καθαρόν. — δριμύ Cypria est pro *σμηκρόν* (cf. Hes. s. v., ubi codex *σμικρόν*: emendavit postulante ordine Js. Voss.), rad. smak (*σμάω, σμήχω*. Fick. 415): de litterae caninae hyperthesi vid. cypr. *ἄρπιξ· εἶδος ἀκάνθης* (Hes.) = vulg. *ἀπρίξ* (Et. M. 132, 53). *κέρδοπα· ὄσπρια* = att. *χέδροπα*. Itaque non intellego, qua de caussa utraque glossa suspicionem Schmidtio moverit.

Aliter contra video iudicare Curtium Etym. ed. IV p. 681 not., qui radicem sumit smar-d (*σμερδνός*, mordeo): neque tamen interpretamenti caussa (*καθαρόν, δριμύ*) admodum commendabile mihi videtur. Voc. *βρωτικόν* autem, quod codex utramque inter expositionis vocem interpositum praebet, per errorem huc irrepsit, cf. *σμηκρόν· καθαρόν, δριμύ*; pertinet nisi quid me fallit, ad gl. paulum antecedentem *σμάρδικον· στρουθίον*. Huic glossae nondum quod sciam explicatae siquidem radicem illam *σμαρ- δ* (v. Curt. l. l.) subiciamus, interpretamentum *στρουθίον βρωτικόν* haud male convenit. —

---

1) Schmidt. Delphicum, Hey. l. l. p. 37 Creticum esse duxit.

2.) A pro H in exitu vocabulorum.

Cyprios α doricum — aeolicum pro η in terminationibus quoque adhibuisse glossis iam supra enumeratis ἀβαριστάν = ἀδηριστήν, paph. σοάνα = ξυήλη observavimus. Huc accedunt

ἀλουᾶ· κήπῳ. K.

= hom. ἀλωῇ, att. ἀλωᾷ i. e. ἀλοϝ-ᾳ (Curt. 524): iota ut saepius dativo non est adscriptum, v. p. 74. —

κάπατας· καθαρόν. παρὰ Εὔκλῳ (cod. εὐηλῶν, quod per maiusculas expressum ab *Εὔκλῳ* non nimis recedit; emend. Salmasius). Haec glossa similia quidem verba Cypriis peculiaria, velut *ἰν-καπάταὁν, ἰμ-πάταὁν* (Hesych.) in mentem revocat: qua de caussa Schmidt. hoc quoque loco *καπατάς* vel *καπατάων· καθορῶν* scribendum suspicatur (cf. Bergk. tit. Arc. p. VII n. 11). Multo simplicius tamen, quoniam mutationis illius ne minima quidem caussa extat, cum G. Wolffio Liter. Centralbl. 1857 p. 492 emendaverim *κἄπ' ἄτας*, quod poetice pro *καθαρόν* bene dicitur, = *ἄτης* „procul a culpa". Similiter apud poetas habes *ἄπ' ἐλπίδος* „procul a spe" (Apoll. Argon. II, 863), *ἀπὸ θυμοῦ εἶναι* „odio esse" (Hom. *A* 562), alia vid. Schaefer. Melet. crit. p. 51 sq. Nec non aliis praepositionibus adhibitis ap. Hes. reperitur *πρὸς θεοῦ· τὸ τυχόν. ἐν ῥύπῳ· οἱ ῥυπῶντες. ἐπ' ἀσφαλοῦς· ἀσφαλεῖς* sim. Praepositio igitur *ἀπό* adverbii vicem sustinet eaque de caussa *κἄπ' ἄτας* retracto accentu scribendum erit (vid. Hermann. ad Viger.[2] p. 582. 749), quod ipsa codicis scriptura *κάπατας* indicare videtur.

De crasi et interpretandi ratione Hesychio collibita vid. *κἀλαός. κἄδαρκός* (§ 2.).

Quocum ex hodierno sermone comparatur alban. *πα* „sine" (= *ἀπό*, sct. ápa) et adverbium et praepositio, quae pariter ac ngr. *ἀπό* (Mullach. Gramm. p. 377) cum accu-

sativo[1]) coniungi solet (vid. Hahn. l. c. II, 98. Camarda I, 320), velut πα bέσσε̱ „infidus“ = ἀπὸ πίστεως (ἄπιστος). πα κόχε̱ „intempestivus“ = ἀπὸ καιροῦ (ἄκαιρος). πα πούνε̱ „otiosus“ = ἀπὸ πόνου (ἄπονος), sim. —

Deinde idem α originarium pro η ministrant gl. σκυδά· σκιά. Εὔκλος et ῥυδά· ῥοὰ ἢ ῥοιά, de quibus vid. §. 12.

κόρζα· καρδία Πάφιοι, ion. καρδίη, poet. κραδίη. De ο pro α vid. §. 5. —

στροπά· ἀστραπή. Πάφιοι.

Cod. στροπή, sed coll. paph. σοάνα, κόρζα cum Bergk. tit. Arc. p. XIII corrigendum στροπά. Cf. cret. στροφά (Hes.); praetera Hes. στορπάν (cod. στορτίαν, em. Albertus) eadem notione, quod cum paph. στροπά arcte cohaeret et coll. arcad. δαρχμαῖς (tit. Tegeat. v. 23. 30. vid. Michaelis in Jahn. Jahrbb. vol. 83 p. 590) = δραχμαῖς fortasse Arcadibus vindicandum est. Aliter Thesaurus I, 2261 D στορπάν formam adnotat Aeolicam. Eosdem autem Paphios et στροπά et στορπά dixisse, ut Bergkio p. XIV videtur, haud facile crediderim. —

Pari modo α antiquum in substantivis μύθα, ὄλπα al. habes, quae e generis enallage (v. p. 23) pro μῦθος, ὄλβος originem habent. Huc accedunt glossae nonnullae, ubi dialectum quidem non apposuit Hesychius, quas tamen Cypriis assignandas esse veri species est satis magna: sic

βόρμαξ· μύρμηξ, vid. p. 55. —

νάθραξ· νάρθηξ = dor. νάρθαξ (Theognost p. 14, 18. Lob. Path. El. I, 506): quae forma siquidem Fick. 109 coll. sct. naḍa, nala formam indogerm. esse nadhra iure statuit, primigenia est, unde vulg. νάρθηξ fluxit. Quam

---

[1]) Nusquam quantum scio nisi in Cypriorum et Pariorum dialectis ἀπό interdum cum genetivo vetere more construitur, ex. c. cypr. ἀπὸ λουτροῦ λουμένην ᾆσμ. 2, 50 sqq. par. ἀπὸ καινουργῆς „denuo“, al. Protodic. p. 11 sq. Sakell. σελ. νς'. Contra in describendis rebus historicis constat omnes Graecos recentiores genetivum adhibere, ex. c. „1460 ἀπὸ Χριστοῦ“. —

recte autem Cypriis glossam vindicemus, ex hodierno *ἀναθρῆκα* (*ἀ* est protheticum, v. p. 26) apparet, quod per eandem metathesin dictum usque ad hoc tempus Cypriis in usu remansit: contra *ἄρδηκας* in Paro insula (Protodic. p. 14), cret. *ἄρτικας* Spratt l. c. I, 367. Pro *ἀναθρῆκα* Sakellarios etiam *ἀ-ναδρῆκα* (*δ* e *ϑ* emollitum, cf. *δρονίν* ᾀσμ. 6, 56. 16, 91 praeter *θρονίν* 11, 63. 25. 128. *ἄδρωπος* praeter *ἄ[ν]θρωπος*) et *ἀναγρῆκα*[1]) e dialecto Carpasiotarum aquilonarem Cypri insulae regionem incolentium suppeditat. —

Seqüuntur gl. *κύββα· ποτήριον*, quae Amathusiorum esse videtur, = *κύμβη*, paph. *κύμβα*. cf. p. 58. —

ἴττα = *σίττη*,
γέστα· στολή i. e. *Ϝες-τη* (Lob. Parall. p. 430)
καίνιτα· ἀδελφή i. e. *κασι-γνήτη*
} vid. infra

Postrèmo e **titulis Cypriis** huc pertinet:

Κρῆτα, γενέτας, Λαγείδας C. I. Gr. no. 2613 = *Κρήτη, γενέτης, Λαγίδης*.

Φίλαν τὴν γυναῖκα Ross. no. 12, 4. Sakell. p. 67, no. *δ'*. *τεὰν* epigr. Salam. Philol. XXVI, 445 v. 1;

οἰκτροτάταν, γενέτᾳ ibid. v. 2. 6. — E tabula Idalia Doricae articuli formae: *ἁ πτόλις* Id. 2. 4. 7. 15. 16. 27. *τᾶς* Bil. 3. Id. 20 saep. = *τῆς* (cf. Gomperz. l. l. no. 3. 6. Stud. VII, 259—261). *τᾷ* Id. 3. 6. 8. 24 saep. *τᾷδε* ibid. 24. *τὰν* id. 1. 20. 27. — Deinde *τᾶς Ϝανάσσας* saep., cf. Stud. 259 sqq. *Ἀθάνας, Ἀθάναν* Id. 20. 27. *εὐχωλᾶς* Bil. 3; *εὐχωλὰ* tit. Id. VII, 2. *μάχᾳ* (?) Id. 3. *τύχᾳ* Bil. 4 saep.

---

[1]) De *δ* in *γ* transitu cf. ncypr. *ἀγράχτιν* „fusus" praeter *ἀδράχτιν* = ngr. *ἀδράχτι*, zacon. *ἄτρτε* (Devill. 37), vet. *ἄτρακτος*. — *ἄγριν* iuxta *ἄδριν* (v. Sak. 225) a vet. *ἁδρός*. *γρώνω* „sudare" = ngr. (*ἱ*)*δρώνω*, vet. *ἱδρόω*. *καργία* s. *καρκία* = *καρδία*, pro quo etiam cypr. *καρτία*. *'φκία* „aures" praeter *'φτία* = ngr. *αὐτία*. — Deinde *γίω* praeter *διῶ*, *δικιῶ* = *δί[δ]ω*: velut *γός μου* i. e. *δός μοι*. *γύσις* ᾀσμ. 28, 4 = *δύσις*. *γῶμα* „domus" *δίστ*. 260. 266 et *δῶμα αἰνίγμ*. 11. *γουλεία*, etiam *οὐλεία* ᾀσμ. 28, 2 = vet. *δουλεία*, praeter verbum *δουλέβκω*.

(vid. Stud. 239). Ὑλάτᾳ tit. Br. Mus. v. 1, saep. (Stud. 258. 260 sq.). —

Ex his omnibus satis superque elucet Cyprios antiquum α et intermedium et finale retinuisse. Sed restant glossae perpaucae, quae regulam illam labefactant: quarum aliae suspicionem movent gravissimam, aliis in Cypriorum quoque dialecto eandem dicendi inconstantiam agnoscere cogimur, quae ex aliis dialectis memoriae proditur.

Sic etiam in novicio Cypriorum sermone inter α et η fluctuant: dorico enim modo auditur ex. gr. ἡ ἀγκώνα „ulna", vet. ἀγκών, ἀγκοίνη.

ἀζίνα = vet. ἄζα s. ἄζη (grammat.). ἀθερίνα = vet. ἀθερίνη (Opp. Hal. 1, 107). βούφα, vet. ὑφή (rad. vabh Curt. 278). ζεύλα, vet. ζεύγλη. κίκλα, vet. κίχλη (Hes. ἴχλα). πασπάλα, vet. πασπάλη (item ngr. πασπάλη, velut Passov. 463, 43). σμίλα „acus", vet. σμίλη. κατσι- κορώνα, vet. κορώνη. λουβάνα „phaselus" (p. 76). μερίκα, vet. μυρίκη. Item ὁ βακανᾶς, v. Kind. Zt. XV, 186.

Nec non mediis in vocabulis α pro η reperitur, velut διχάλιν i. e. δι- χάλιον = vet. δί-χηλον, cf. dor. χαλαῖς Ahr. II, 144. μαρουκιοῦμαι „ruminare", quod pronuntiant μαρουτσιοῦμαι (p. 26 not. 2), = vet. μηρυκάομαι, dor. μαρυκάομαι. μανά (Passov. 395, 8. 10) iuxta μηνά in carmine simillimo ap. Sakell. no. 9, 8. 10. —

At contra η usurpatur cum in terminationibus et suffixis tum in stirpe: sic

ἄγνη, vet. ἄχνα, ion. ἄχνη. ἀβάκη, cf. vet. ἀβάκιον Sakell. p. 222. γοίστη („τὸ μέρος τοῦ ὀρνιθῶνος, ὅπου γεννῶσιν αἱ ὄρνιθες" Sakell.) = vet. κοί-τη, cf. cret. κοίτη „hencoop" Spratt. l. c. I, 372. δόμη (p. 49). δουκάνη, vet. τυκάνη (v. Lobeck. Proll. 178 n. 14). ἕτερη, vet. ἑτέρα, vid. Sakell. s. v. κλίνη. κοίτη, sed κοίτα teste Sakell. 308 apud Cytherios. κόρη. κύμπη praeter κούππα (p. 58). κώπη

„rutabulum“. *μούτη*, ngr. *μύτη*, quo de cf. Cor. *Ἄτ.* I, 45. *στέη*, vet. *στέγη*. Item *μιτζῆς* „parvus“ (v. infra), *ὁ στρέφτης*. *γαλεντῆριν* „mulctra“ opp. *δρωτάριν*, hoc est ngr. *ἱδρωτῆρι*. Denique *τσημινία* i. e. *κημινία* = vet. *καμινία*, iuxta *κάμινος ᾆσμ.* 15, 63. 79. *καμίνιν διστ.* 62. *πηννίν*, vet. *πηνίον*, dor. *πανίον*, ngr. *πανί*, praeter quod etiam *πανίζω*, *παννίν* hodie auditur, v. Sakell. s. v. — *μανηχός* i. e. vulg. *μοναχός* (vid. p. 40.), pro quo semel *μανάχον* legitur apud Sakell. *ᾆσμ.* 14, 21 (*μονάχο* Pass. 401, 20). — Eadem inconstantia in dialecto Zaconum comparet, vid. Devill. p. 90.

§ 2. *A* pro *E*.

κάπια· τὰ σκόροδα. Κερυνῖται.[1])
= lat. caepa (cepa), alban. *κέπε̱* (Hahn. *κjέπε̱*): rad. *καπ*, unde lat. cap-ut, sct. kapâlas, gr. *κεφαλή* originem ducunt. Denotat igitur proprie porrum „capitatum“. Cf. Hes. *κεβλήνη· ἡ ὀρίγανος* „species origani capitata“ (Salmas. Exercc. Plin. p. 914 F) a poet. *κέβλη*, Hes. *κεβαλή*. Vid. Lob. Proll. p. 91, 15. 218, 32. Curt. Etym.[4] p. 148. —

μνασίον· μέτρον τι διμέδιμνον Hes. dialecto non indicata: hanc tamen mensurae significationem Cypriorum fuisse docent Etym. Gud. 396, 10. Epiphan. de mens. et pond. II p. 178 B, ubi forma *μνασίς* traditur: *μνασίον* igitur formationem praebet deminutivam. Radix est mâ „metiri“ in ma-n aucta (cf. men-sura Curt.[3] 306), quam Cyprii per nasalis transpositionem in *μνα* immutabant. Itaque si vere conieci, Cyprios observamus vocalem primariam *α* conservasse: item alban. *μάσε̱* s. *μάτε̱*[2]), cf. sct. mâ-tram,

---

1) Cod. *Κερυνῆται*: inter varias huius ethnici formas, quae traduntur, forsan *Κερυνῖται* teste Diodoro 19, 59 (cf. Wesseling. ad. l. l.) praeferendum est. Contra formae *Κερόνεια* et *Κερονῖται*, quae praeter alias (Engel. I, 81) apud scriptores leguntur, ipsi Cypriorum dialecto deberi videntur, vid. §. 6. —

2) neocret. *μουζοῦρι*, v. Spratt. I, 381.

fortasse etiam μάτιον Schol. Ar. Nub. 451 et Hes. ματίον· τὸ μικρὸν καὶ ὀλίγον. Sine dubio autem μνασίς proprie instrumentum quo quippiam metimur, in universum denotabat, quod Cyprii in certam illam duorum medimnum mensuram transtulerunt. Epiphanium contra putantem μνασίς e Romano medium esse deductum, quem errorem permirum iam Pettavius ad l. l. p. 423 refutavit, nemo certe erit quin exsibilet atque explodat. —

Deinde verbum μεγαίρω Salaminiis Cypriis peculiare tradit Schol. Hom. *N* 563: cohaeret cum μέγας, *μεγαρο = μεγαλο, cf. Buttmann. Lexil. I, 258. Curt. 509. Hesychius hanc quoque glossam enumerans dialectum non apposuit idque cum verbum μεγαίρειν omnium Graecorum fuerit, suo credo iure: iam vero sequitur gl. μαγαίρω· φθονῶ, quae hoc quidem loco ordinem foede laedit, ipsa tamen per se, cum α principale (cf. mag- nus Curt. 306) superstes sit, ne minimum quidem habet dubitationis. Itaque fallitur Musurus, qui ut ordinem in integrum restituat, correxit μεγαίρω: potius glossa illa perantiqua cum antecedente quam arctissime copulanda atque dialecto fortasse Salaminiorum, quos vetusti α pro ε tenaces fuisse statim demonstrabimus, vindicanda est. Scribendum igitur censeo μεγαίρειν· φθονεῖν, ζηλοῦν. στερίσκειν..... μαγαίρω· φθονῶ, quae lacuna, si scholiastae testimonio nixus glossam Salaminiorum esse vere suspicor, explenda est Σαλαμίνιοι δὲ. —

His ipsis Hesychius tribuit

κάδαμος· τυφλός. Σαλαμίνιοι (cod. mendose σαλαμινοί, em. Musur.). Schmidtius coll. Bekkeri Anecd. III p. 1095 ἀλαός· τυφλός, quod Cyprium ibi perhibetur, et Hes. κάλαός· τυφλός, quod G. Dindorf. in Thes. IV, 868 C et Meinek. Philol. III, 321 ex Hom. ϑ 195 pro codicis scriptura καλαός restituerunt, nostram quoque glossam ex schol. Hom. fluxisse suspicatur et hoc quoque loco κάλαός scribendum putat. Sed iure miretur quispiam, cur eadem glossa, quae ordini hoc loco summo opere refragaretur, bis ab Hesychio allata atque vox omnibus communis in-

primis Salaminiis assignata sit. Itaque puto *κάλαός* quidem ex Homero (*ϑ* 195) originem habere, in *κάδαμος* autem dialecti Salaminiae latere proprietatem, quae ad Cypriam Hom. editionem utrum referenda sit necne, in nostra quaestione ad linguam tendente non magni est momenti. Jam Sakellarios coll. aeol. *δαύειν· κοιμᾶσϑαι* sim. codicis scripturam ita defendere conatur, ut *κάδαμος* pro **κατα-δαυ-ος* cum notione *κατακοιμώμενος* dictum sit: quae sententia mihi quidem neque apta neque ulla ex parte credibilis videtur. Imo vero *κάδαμος* corruptum est atque ex ordine corrigendum *κἄδαρκος* servato *α* vestuto = vulg. *ἄδερκτος* vel *ἀδερκής* sententia activa (cf. Hes. *ἀδερκής· οὐ βλέπων*). Radicis dark, unde deflexum est, *α* primitivum in sct. dadarç-a, gr. *δράκων*, Hes. *ἀδρακής· τυφλή. καὶ ἀδερκής*, similiter *εὐδαρκής* conspicitur. Indidem ngr. *δραγάτης* „custos" (Pass. 624, 13. cf. Ducang. s. v.) pullulavit, zacon. *δεργάτα*[1]), quod ex **δρακ- ατης* emollitum perinde dicitur ac vet. *οὖρος* a rad. *Fορ*, *σκοπός* a rad. *σκεπ*, hodiernum *βλεπιός* et *βλεπάτορας* apud Cyprios et Cretes, quorum in dialectis omnino *βλέπειν* eadem sententia usurpari solet, qua *φυλάττειν* (velut *βλέπειν τὰ πρό[β]ατα*, cf. Myrianth. Philist. III p. 437. Sakell. 254). —

Ipsum salam. *κἄδαρκος*, quod scribendum coniecimus, e dialecto rectissime se habet pro *ἄδερκτος*, quam consonantium iuncturam Cyprii repudiabant, v. Hes. *κακκεῖναι· κατακόψαι Π.* = *κατ(α)- κτεῖναι.* Ceterum notandum crasis vulgaris exemplum, quocum e novicia dialecto comparatur *τἄστρα, τἄλλα* sim., vid. Sakell. *σελ. νδ'.*

Non autem est cur de explicandi ratione Hesychio perfamiliari, quam iam supra s. *κἄπ' ἄτας* tetigimus, pluribus dicam: saepissime enim Hesychius nihil nisi glossam explicatione dignam interpretatur neglectis voculis ei additis, cf. *κἀσιάλωτος* (em. Meinek. Philol. XII, 613. cod. *κασίαλτος*)· *χωρὶς σιάλου. κἀτίναξε· παρέσεισε. κἶψῃ· κακο-*

---

1) Cf. hibern. vet. dercaid „watchman", Windisch. Zt. XXI, 425.

ποιῇ (v. Lobeck. Path. El. I, 108). Similia sub *ἀν δ᾽ α* p. 21 commemoravimus. —

In novicia dialecto *α* pro vulg. *ε* saepius occurrit: sic adnotatione maxime digna est praepositio *ἀν* pro *ἐν*, quam veteres Cyprii in *ἰν* extenuare solebant: velut *ἀγκαλέω* = *ἐγκαλέω* (cypr. vet. *ἰνκαλήζω*), alb. *ἐγγαλέσε*. Quae forma satis mirabilis sanscritum an- tar, osc.-umbr. an- ter in mentem revocat. Item *ἀθθυμοῦμαι* per assimulationem, vet. *ἐνθυμοῦμαι* (ex. gr. *ἀθθυμᾶσαι* Sakell. *ᾆσμ*. 7, 7, contra *ἐνθυμᾶσαι* Pass. 403, 7 dialecti non habita ratione iustissima). Prorsus eodem modo in Rhodiorum dialecto Cypriis simillima *ἀγκόρφι* = *ἐγκόλπιον* (Zt. XV, 147); calabr. antropì (item cypr. *ἀντροπή*, cf. *ᾆσμ*. 11, 64. *δίστ*. 96. *αἰνίγμ*. 2) = *ἐντροπή*; ántara = *ἔντερα* (Morosi p. 97), quod sct. antara ad amussim respondet. Idem fere in cypr. *ἀντεροσφίχτης* „cingulus" i. e. *ἐντεροσφίκτης* habes. Item in lingua communi *ἄντερον*, *ἀπαντυχαίνω*, *ἀντάμα* i. e. *ἐν τ(ῷ) ἅμα* „una" Ducang. Cor. *Ἄτ*. II, 124. Pass. 480, 10. *ἀγγόνι* „nepos" (Pass. 214, 4) iuxta *ἐγγόνι*, al. Praeterea autem Cypriis etiam *ἐν* in usu est, velut *ἐντύνω*, vet. *ἐνδύω*. *ἐγκαρδιακός* a vet. *ἐγκάρδιος*: contra zacon. *ὄγγιουμα* = vet. *ἔνδυμα* (Devill. p. 59. Deffner. Stud. IV, 299.).

Eadem antiquitatis vestigia praepositio cypr. *ἀξ* = *ἐξ* indicat (cf. ass sive as in Hibernorum veterum lingua, Zeuss. Gramm. Celt.[2] p. 632 sq.), velut *ἄξαππα* = *ἔξαφνα* (*ἔξαφνα* solum in carmine Sakellarii no. 25, 36), alban. *ἀξάφνα* sive *ξαφνί* per aphaeresin (cf. Hes. *ἄφνω*, vulg. *ἐξαίφνης* i. e. *ἐξ- αφ- ινης* cum epenthesi); item *ἄξαφνα* in Syra insula iuxta *ὄξα(φ)να*, vid. Jean Pio l. l. p. 7. 22. — Deinde cypr. *ἀξάγκωνα*, ngr. *ἐξάγκωνα* (Sakell. 237), cf. vet. *ἐξαγκωνίζομαι*. — *ἀβκολία* „elix" per litterarum *κβ* transpositionem hodierno sermoni in universum peculiarem (v. Cor. *Ἄτ*. I, 165) = **ἀκ-βολια*, *ἐκ-βολία*, cf. Hes. *ἐκβολάς· γῆ χωστή*. Item calabr. afs- adrefò = *ἐξαδελφός*, al. Morosi p. 97. E lingua communi conferendum *ἀγναντία* „exadversum" i. e. *ἐκ 'ναντία*, *ἐξ ἐναντίας* (Ducang. s. v. Passov. Ind.).

Quibus addam cypr. *ζεβκαλάτης* (*ζευγαλάτης* in med. Graec., v. Ducang.) = vet. *ῥευγ- ελάτης*. *λαβέζιν* (i. e. *λαβεδj- ιον*) = vet. *λέβης*. *λακάνη*, vet. *λεκάνη*, lat. lanx (cf. Curt. 156). *ἀρωτάω*, pariter in Syra insula et Calabria arotò (Bovae, Zollini; alibi rotò per aphaeresin) = *ἐρωτῶ*. *καταγγιάζω* „ordinare, in ordinem digerere res", quod vet. **κατ- εγγίζω* respondere videtur, cf.: *ἀγχοῦ*, cret. *ἀγχίξαι· ἐγγίσαι*[1]) Hes., *ἀγχοῦσαι· ἐγγίζουσαι* Cyrill. 171; ngr. *ἀγγίζειν* cum peculiari tangendi significatu (Ducang.): contra alban. *ἐγγάσε*. *παρπατῶ* eliso *ι* aeolico more = *περιπατῶ*, praeter quod etiam *περιποιοῦμαι* al. intacta praepositione: item calabr. (Bovae) parpatò, quacum praepositionis forma vetustissima cf. sct. pari, eleum *πὰρ πολέμω* Corp. Inscr. Gr. no. 11 = *περὶ πολέμου*; in lingua vulgari etiam *πορπατῶ* (v. Ducang.), locr.-epir. *περβατῶ* emollita labiali (Chalkiopul. Stud. V, 344), sed etiam epir. *πατραχῆλι* = *περιτραχήλιον*. — Deinde cypr. *ῥάσσω* Carpasiotarum proprium = *ῥέσσω* s. *ῥέζω*, quod reliquis Cypriis in usu est (rad. vrag Curt. 171); cret. *ῥάσσω* vid. Spratt. I, 376. —

σταγγώνω „fores praecludere" per rhinismum a rad. stag, sct. sthag (v. Curt. 175 sq. Fick. 209), praeterea etiam *στε[γ]άζω*.

Quocum ex aliis dialectis hoc loco ne longi simus sufficit contulisse zacon. *τράχου* = *τρέχω*, dor. *τράχω* (Ahr. 117); contra cypr. *τρεχάω*.

zac. *δράπανε*, sed cypr. *δρεπάνιν* = *δρέπανον*, rad. drak Curt. 449. — vulg. *ἀργάτης*, alban. *ἀργάτε*, nec non valach. argát (v. Diez. Gr. I, 92) = vet. *ἐργάτης*, vid. p. 49 not. lesb. *θαρμίζω* „fascinare", *θάρμισμα* „fascinatio" (Kind. Zt. X, 191) a vet. *θέλγω*, rad. dharg Fick. 99. —

1) In dialecto Cretica *α* principale pro *ε* saepissime servatum est: vid. Helbig. Quaestt. (Plav. 1873) p. 24. Kleemann. l. c. p. 10. —

§ 3. *Α* pro *Ο*.

Α originarium, quod Cyprii, inprimis Paphii, ante litteram caninam in *ο* obscurarunt, in glossis Hes. perpaucis pro vulg. *ο* conspicitur his:

καλίδια· ἔντερα. Κ. coll. vulg. *χολάδες*, rad. *χαρ*, cf. *χορ- δή*, lat. hira Curt. 191.[1]) *καλίδια* autem formatio est deminutiva, quacum cf. vet. *χολίκιον* a *χόλιξ*. De spiritu aspiratae gutturali detracto cf. infra. Apparet igitur *α* principale, quod aliae Graecorum gentes ante *ρ* (cf. *χορδή*) et *λ* (cf. *χολάδες*. Hes. *κόλον· — τὸ ἔντερον*, vid. Aristoph. Eqq. 455) in *ο* immutarunt, Cyprios ante *λ* servasse. Similem formam certe antiquissimam Hesychius tradidit *γάλλια· ἔντερα* (cf. lat. hillae), cuius de originatione haud probabiliter iudicat Lobeck. Parall. 95; item *χαλάδες· τὰ ἔντερα* et *χαλάδος· — ἐξέντερος*, quae vocalem primariam e dialecto nescio qua servarunt: quas cur Schmidtius e Diogeniano moverit, equidem non video. — De glossa cypria igitur, cuius analogias ex hodierno sermone paulo post subtexemus, nihil est dubii neque coniecturae, velut *καλίνδινα* (a *καλίνδω*), quod Meinekius suasit, necessariae sunt. —

καχίλα· ἄνθη. Κ.

Schmidt. Is. Vossium secutus scribendum censet *κάλχαι*: quod si probabile esset, miraremur cur Hesychius vocabulum vulgari sermoni eadem significatione usitatissimum solis Cypriis adscripsisset. Itaque potius *κάχλα* ex ordine corrigendum est = *κάλχαι*, quo Cyprii flores purpurei procul dubio coloris denotabant: de generis enallage cf. Hes. *ἄρμυλα· ὑποδήματα Κ.* = *ἀρβύλαι*. *ἔπιζα· ὄρνεα Κ.* = *σπίζαι*, sim. Jam vero coll. vulg. *κόχλος* derivatisque, lat. cochlea, quas voces Curtius p. 145 graecis *κόγχ-ος*,

---

[1]) Eadem radix alban. *ζορρε* „intestina" inest, quod per assimulationem progressivam ad lituanum žarnà proxime accedit, vid. Camarda I p. 120 not. 143.

κογχ-ύλη, lat. conch-a suo iure comparat, nostrum *κάχλα* originariam *α* vocalem (cf. sct. çaṅkha-s) servavit et summam antiquitatem prodere videtur, cf. Lob. Proll. p. 4 n. 1. Pąth. El. I, 506. Formae *κάλχη*, *καλχαίνω* (*κόλχος* pro vulg. *κόχλος* rarissime posterioribus demum temporibus in Anthologia occurrit atque in dubium iure vocatur) per liquidae transmutationem dictae illis sine dubio cognatae sunt. Itaque hoc stemma proponi licet:

cypr. *κάχ-λα* att. *κάλ-χαι*	sct. çaṅkha-s
κόχ-λος lat. coch-lea	*κόγχ-ος* lat. conch-a.

Cf. zacon. *κούχελε* i. e. *κοχ-υλος* = vet. *κόγχυλος* (— *ιον*); cypr. *χόχλακος* „calculus" (Sakell. 422) = vet. *κόχλαξ*, *κάχληξ*. —

Eandem vocalem primariam paph. *ζάβατος* et *ζάματος· πίναξ ἰχθυηρός* coll. vulg. *ζωμός* i. e. *ζοϜ-μος* inesse infra copiosius disseremus. —

Item ex. gr. cret. *ἄναιρον*, *ἄναρ* (Hes.) = *ὄνειρον*, *ὄναρ*, quocum alban. *ἄνερ* (Camarda I, 38) plane congruit; vel *ἄφελμα* (· *τὸ κάλλυντρον* Hes.) = *ὄφελμα* al. vid. Schmidt. Zt. XII, 213. Helbig. Quaestt. 24.

E recentiore Cypriorum dialecto in promptu mihi est *ἀγγανίζω* „rudere", rad. ank (Fick. 337), unde veteres formarunt *ὀγκ* — *άομαι*. *μανηχός* „solus", calabr. manehò et manihò (Morosi 98) = *μοναχός*, quod alibi plerumque usurpatur, locr. *μαναχός*: contra *μονάχο* semel in carmine cypr. apud Passov. 401, 20; *μονάχα* ap. Sakell. *ᾆσμ*. 26, 167 legitur. — Quin etiam ante *ρ* vocalis primigenia hodie servari solet, velut *ἁρμαχορός* „saltatio" coll. vet. *ὅρμος* (Lucian. d. saltat. c. 12), rad. svar. *ἀρτσιοῦμαι* „saltare" = vet. *ὀρχοῦμαι*; item *ἀρχηοῦμαι* in Paro insula (Protodic. p. 16), rad. argh Fick. 15. cypr. *ἀρφανέβκω* „orbare" (cf. Sakell. *ᾆσμ*. 14, 14; 25.), pro quo formae per *ο* vulgares in eodem carmine ap. Pass. 401, 13; 24 nec non Sakell.

ibid. 22, 18 deprehenduntur, = vet. ὀρφανεύω, rad. arbh Curt. 277.[1]) —

§ 4. *Α* pro *Υ*.

Hes. ἀρμώατος· σπασμός. *K*.
ad verbum σύρω referendum mihi videtur ita, ut ἀρμώατος vel potius ἁρ-μώατος (§ 30) adhibita peculiari Cypriorum terminatione idem sit quod συρ-μός: radix statuenda est σϝαρ cum significatu trahendi (Hes. σύρων· ἕλκων), unde cypr. ἁρ i. e. σαρ et vulg. σύρω (neocypr. σουρώνω iuxta σύρω, Myrianth. Philist. IV, 436) nata sunt. Eadem radix in σϝερ emollita voc. ἐρύω = *σϝερ-νω inest, cf. alban. σέρμε „filum tortum" (Camard. I, 159), etiam ζβαρ i. e. σϝαρ = σύρω, cf. Hahn. lex. s. v.

Aliter Sakellarios glossam nostram e compositione verborum ἄρω et μῦς (ἀρ-μυ-ατος) illustrare studet, quae sententia, ut de notione taceamus, propter ipsam coagmentationis speciem et υ litterae in ω immutationem a dialecto nostra prorsus alienam (§ 7) parum habet probabilitatis, imo vero ad nihilum aperte recidit. —

Jam vero quod ad vocalium permutationem attinet, similiter apud Hes. habes θυλλίς et θαλλίς, etiam θάλλικα: rad. θαλ Curt. 452. ἀγαρρίς· ἄθροισις et ἄγυρις· σύνοδος, συναγωγή. Praeterea cf. σπάρτον „sporta" et σπυρίς, rad. σπαρ. καλινδέω et κυλινδέω, rad. καλ. σάλπιγξ et σῦριγξ, rad. svar „sonare". boeot. βανά = att. γυνή i. e. γϝανα, cf. Curt. 666 sqq. Eiusdem affectionis analogiae in lingua Albanorum obviam fiunt, unde exempla congessit Camarda I, 39 sq., item in novicia Cypriorum dialecto ἀναφαντάρης = vet. ἀν-υφαντής ab ὑφαίνω deflexum, rad. vabh. σκάμμαν „spuma saponis", quod Sakell. p. 385 mirabilem in modum a rad. κυ (, unde κῦμα, κοῖλος, καυ-

---

1) At contra alban. βάρφερ (tosc.) vel βόρφεν (geg.) digamma initiale indicant, v. Camarda I, 38. 91.

λός, quae vocc. quo pacto cum spumae notione conectenda sint, haud facile perspicio) per σ initiale amplificata derivat: imo cypr. σκάμμαν cum germ. skûmi, nostro schaum, alban. ὄκουμε̱ (cf. ital. schiuma et scuma, hispan. escuma: Diez. Wörterb. d. Rom. Spr.[2] I, 371), fortassis etiam cum lat. spûma (v. Kuhn. Zt. IV, 35. Curt. 463) arctissime cohaerere (indogerm. spaima Fick. 415) et α antiquitus esse servatum, quis est qui negaverit? Cf. Liebrecht in Gött. gel. Anz. 1869 n. 40 p. 1589.

Deinde σάρκα, vet. σάρξ, praeter συρκῶ aeolico more (Ahr. 78) = vet. σαρκάζω.

πάτζαλος „homo pustulosus", quod lat. pustula, gr. φυσαλίς (rad. pu Curt. 463) respondere videtur.

Item trapez. θαγάτηρ (Kind. Zt. XI, 125) = θυγάτηρ, quod apud Zacones e solita θ in σ conversione sonat συ(γ)άτη; epir. θύγον (?). —

Denique in recentiore Cypriorum dialecto α interdum pro vulg. ι vocalium mollium altera superest, cuius affectionis exempla producam haece:

ἀγνάριν „vestigium", vulg. ἀχνάρι (Pass. Ind.) = vet. ἴχνος, rad. ϝik (Curt. 130), et ἀκανετόν iuxta ἱκανετόν = vet. ἱκανόν (Curt. 132). Huius α primitivi vestigia in lingua vetere atque cognatis penitus desiderantur. Contra etiam ἅππαρος „equus" hodie in usu est, quod coll. sct. açva-s, zendico açpa-s, lituano aszva (Curt. 421) vocalem originariam servasse videtur: sic etiam cret. Apokórona = vet. Ἱπποκορώνιον (v. Spratt. I, 362); contra cret. vet. ὕππος = ἵππος, v. Voretzsch. l. c. p. 27. Quocum cf. alban. στάβε̱ „acervus" = vet. στιβάς a rad. stambh (Curt. 200)[1]; vel ἀνε̱μίκ (gegice) = lat. inimicus salvo praefixo ἀν, quod in linguis sanscrita, zendica, hibernica vet., graeca, dialectis osca et umbrica (v. Curt. 286) prostat. Cf. Camarda I, 38. —

---

[1]) Cf. sct. stamb-as „acervus". Grassmann. Zt. XII, 94.

II.) O.

§ 5. *O* pro *A*.

A originarium cum littera canina coniunctum in dialectis Lesbia, Thessalica, Arcadica, etiam Dorica in *o* offuscatur, cf. lesb. *στρότος*, *στρόταγοι*, *ἔφθορθαι*; Hes. *δόμορτις· γυνή* = *δάμαρ. μορνάμενος· μαχόμενος* = *μαρνάμενος*, quae glossae Aeolibus sine cunctatione imputandae sunt. thessal. *κόρνοψ*, aeol. *πόρνοψ* = vulg. *πάρνοψ*. arcad. *ἐφθορκώς* (v. Ahr. I, 76 sq. 220. II, 120. 582. Wald. Additam. p. 16. Gelbke Stud. II, 15. Meister ibid. IV, 373 sq.) Eadem haec obscuratio aut praecedente aut sequente *ρ* Cypriis, inprimis Paphiis intimis Arcadum cognatis in consuetudine fuit: quibus Hes. adscribit

εὐτρόσσεσθαι· ἐπιστρέφεσθαι. Π. (cod. *ἐπάφιοι*, em. Salmas.). Schmidtius conferendum iubet Hes. *ἐπιτρύσσειν· ἐπίμεινον. Λάκωνες*, quod cum hanc glossam corruptissimam aptaeque sententiae expertem esse primo statim obtutu appareat, concedi nullo modo potest. Potius *εὐ-τρόσσεσθαι* a vulg. *ταράσσω*, att. *θράσσω* propagatum mihi videtur, coll. Plut. Arat. c. 10 *εὐ-τάρακτος* opp. Hes. *ἄ-θρακτος· ἀτάρακτος*. Quod voc. *ἐπιστρέφεσθαι* apte explicatur, cf. Hes. *ἐπιστρέφομαι· πλανῶμαι. φροντίδα ποιοῦμαι.* De *τ* primario, quod saepenumero Cyprii retinuerunt (rad. *τραχ*), vid. infra. Item alban. *τραζόιγ* „perturbare" (ngr. *ταράζω*), unde *τραζίμ* „tumultus". — Ceterum Curtius Etym. ed. IV p. 462 glossam nostram cum lat. torqueo, gr. *τρέπω* (rad. trak, cf. ngr. *τράκ-ος* „funis" Pass. 14, 8) cohaerere censet, similiter Sakellar. s. v. —

κόρζα· καρδία. Π.

Cod. *κορζία*, quod cum Cyprios *δι* vel *δj* in *ζ* mutasse multis analogiis coarguatur, cum G. Dindorf. Thes. IV, 962 B corrigendum est *κόρζα*. Respondet autem vulg.

καρδία, aeol. *κάρζα* (Et. M. 407, 21)[1]), quam formam G. Dindorf (Thes. II, 1106 D) tribus Aeschyli locis: Sept. c. Theb. 288. Suppl. 72. 799 rectissime restituit, goth. hairtô, lat. cor[d], vid. Lob. Proll. 295 n. 7. In novicia dialecto praeter *καρτία* (= *καρδία* e solita dicendi ratione) etiam *καργία* s. *καρκία* (p. 32 not.) auditur servato *α* principali: contra alban. *κε̣ρδί-α* cum notione umbilici (Camard. I, 55). —

στροπά· ἀστραπή. Π. (de terminatione v. p. 31) = *ἀ-στραπή*, pro quo poetis *στ-ε-ροπή*, vulgo *ἀ-στ-ε-ροπή* per anaptyxin in usu est: *α* autem radicis star, stra (v. Curt. 195)[2]) patet apud Paphios perinde atque in cret. *στροφά* (Hes.) et vulg. *(ἀ)στεροπή* in fuscum *ο* esse mutatum. Ex hodiernis dialectis cf. cret. *στράφτω* (Pashley. l. c. I, 273), item cypr. *στράφτει* (ex. gr. *ᾀσμ.* 2, 140. 5, 1. 15, 1), calabr. strafti et strefti (Morosi 175), in lingua communi *ἀστράφτει* (Ducang.) = vet. *ἀ-στράπτει*. Item cypr. *ἀστραπή* (*ᾀσμ.* 24, 20. *δίστ.* 29), Ducang. etiam *στραπή*.

Ceterum Cyprios vocalis illam anaptyxin in lingua vulgari vicinis consonantibus *ρ λ ν μ* satis frequentem (v. Curt. 679 sqq.) haud admodum adamasse docent gl. *τρόσσεσθαι* coll. vulg. *τ-α-ράσσεσθαι*, *θράσσω*, v. supra. *τέρχνεα* coll. Hes. *ταρχ-ά-νιον* (§ 12). *ἅρμυλα* coll. Hes. *ἀρ-α-βύλαι*. *ἴγκρος* pro *ἔγκαρος*. *καβλής* i. e. *καταβαλής*. *τρέμιθος* = *τ-ε-ρέβινθος*, de quibus infra sermo erit. Neque magis novicii Cyprii huic affectioni favent: ex. gr. *βάκλα* = lat. baculus (cf. Analect. Grammatica edd. Eichenfeld et Endlicher

---

1) Cf. Hes. *στάρτοι· αἱ τάξεις τοῦ πλήθους* i. e. *στρατοί*, quod fortasse iisdem Aeolibus praeter *στρότοι* tribuendum est, cf. Lob. Path. El. I, 497. —

2) Sakellarios p. 219 radicem sumit *Ϝτερ*, unde *στερ* propagatum sit: quae digammi in *σ* conversio, cui inprimis Savelsberg. Quaestt. lexical. de radicc. Graecis, Berol. 1841 p. 11 sqq. et „d. digammo eiusque immutationibus", Aquisgr. 1867 p. 39—46 nec non Sakellarios nimium supra modum velificantur, nullo modo probanda, hoc vero loco absurda et ineptissima est. —

p. 443 „baculus non baclus"). βάττα „ἀγγεῖον πήλινον ἐλαίου" (Myrianth.) i. e. βάτρα ex assimulatione (cf. κίϑϑα = κέντρον) = Hes. βατόρα· πνελίς (cod. πυκλιή, em. G. Dindorf.; κοτύλη Albertus), quae glossa Macedonum ad vocalem epentheticam propensissimorum propria est. κόντρης „ὁ ἔχων πληγήν, τραῦμα" (Myrianth. III, 541) = *κοντάρης a cypr. κοντάρι „lancea, mucro", vet. κοντός: lat. contra · ἐναντίον, unde Sakell. p. 427 vocabula repetit, haud aptum mihi videtur. Item (ἐ)μπλάζω „obviam fieri" = vet. ἐμπελάζω. κόγγλος „tumor" (Hes. γόγγρος, v. Sak. p. 308) coll. vet. κόνδ-υ-λος (Pollux II, 144), cypr. κόντυλος.

μνοῦχος i. e. vet. εὔνοῦχος, unde [ἐ]Ϝνοῦχος e novella pronuntiatione pullulavit, coll. ngr. μουνοῦχος, zac. μουννούχι[1]). συνέμπλα adv. i. e. ἐν συναντήσει coll. verb. συνεμβάλλω, cypr. συνεμπάλλω, unde ortum habet (v. Sak. s. v.). βίγλα (cf. Pass. Ind.) coll. lat. vigilia. τάβλα coll. lat. tabula, it. tavola: alia. De tabula Idalia cf. Stud. VII, 228.

Verum haec quidem obiter: nunc pergamus ad Hes. κακόρας· κατακόψας. παρὰ Εὔκλῳ (cod. ut saepius mendose εὐήλῳ, em. Salmas.).

Schmidt. Philol. XII, 589 κακορμίας (i. e. κατακορμίσας) scribendum proposuit idque quamvis obloquatur series litterarum, in editionem recepit: quae mutatio, cum codicis scriptura e dialecto Cypria apposite collustretur, comprobatione nullo pacto digna est. κακόρας enim i. e. κατακορᾶς a κατακείρω oriundum pro epico κέρσας (aeol. κέρρας, att. κείρας) dicitur, rad. kar, skar (Curt. 141). Similiter G. Wolff. Liter. Centralbl. 1857 p. 492 „κακόρας i. e. κακκείρας". Vides igitur cypr. ο et vulg. ε ex α principali fluxisse, cf. ϑάρσος, unde aeol. ϑέρσος et ϑρύσεως. Huic autem verbo, quod constat sententia usurpari solere metaphorica (vid. Hom. δ 686. χ 36 al.), quam belle conveniat

---

1) De hac anaptyxis specie cf. calabr. ìpuno „somnus" i. e. ὕπ-νος (Morosi 115).

interpretamentum *κατακόπτειν*, ex Hes. *κείρει· τέμνει. κέρσαι· κόψαι* apparet. —

Eidem radici skar Hes. *κάρον· μεγάλη ἀκρίς* obnoxium est servato *α* primitivo (cf. Hes. *κάρνη· ζημία. αὐτόκαρνος· αὐτοζήμιος*), unde etiam *ἀ-κορ-νοί* (cf. cret. *ἄ-χηρ-ον· ἀκρίδα*, Helbig. Quaest. p. 14) et *ὀ-κορ-νοί* locustarum nomina ab Hesychio tradita explicatum habent. Quarum glossarum altera *ὀκορνοί* ad Aesch. fr. 251 spectat (cf. Lob. Path. El. I, 84), alteram propter *α* ante *κ* protheticum (cf. cypr. *ἀ-κοστή· κριθή* Hes., alibi *κοσταί* Lobeck. ibid. 27) et vocalis obscurationem ad nostram dialectum revocaverim: idque potiore mihi iure suspicari videor, cum etiam noviciis Cypriis *σκάρ-νος* („*εἶδος ἀκρίδος πρασίνου χρώματος, ἀπτέρου καὶ μεγάλοις πηδήμασι πηδώσης*“ Sak. 385) servato *α* originario (v. supra *ἀ-στραπή*) indidem deflexum in usu supersit. *σ* autem nativum, quod in lingua vetere eici solet, in cypr. *σκάρ-νος*, fortassis etiam ngr. *σκόρ-ος* „tinea“ (v. Cor. *Ἄτ.* IV, 71) ex antiquitate remansit. Denique cf. alban. *καρκαλέτσι* (Stier. Zt. XI, 241 no. 166) formam reduplicatam = **καρ-καρ-ετσι*, quae dissimulationis caussa in *καρκαλ-* emollita est: item ex. gr. vet. *μορμύρος· ἰχθὺς θαλάσσιος* (Hes.) et *μορμύλος* ap. Opp. Hal. I, 100. Athen. VII, 313 *E*. —

His glossis Hesychianis subiungam

κορδύλη „tegumentum capitis“ cypr. teste Et. M. 310, 52: „*κορδύλην Κύπριοι λέγουσι καὶ ἐνείλημα τῆς κεφαλῆς, ὅπερ Ἀθηναῖοι μὲν κρωβύλον καλοῦσι, Πέρσαι δὲ κίδαριν*“. Idem tradit Suid. s. *Νιδάριον* et *Φακιόλιον*, cf. Zonar. Lex.-Aristoph. Nubb. v. 10 schol. Wyttenbach. ad Plut. II p. 340 C. Cohaeret ni fallor cum *κόρ-υμβος*, quod constat eadem qua att. *κρωβύλος* notione[1]) usurpari, rad. kar, v. Curt. 480. Fick. 34. Quod si recte se habet, voci Cy-


---

[1]) Quid inter utramque vocem intersit, exposuerunt Photius p. 181, 6 et Schol. Thucyd. I, 6: „*κρωβύλος ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν, τῶν δὲ γυναικῶν κόρυμβος*“.

priae stirps inest in *δ* aucta (cf. gr. *μέ-δ-ιμνος*, lat. mod-ius, rad. ma): nam consonam illam non ipsius radicis esse docet neocypr. *κουρουκλίν* eiusdem notionis, ubi rad. kar s. kor solito more in *κουρ* offuscata est (v. p. 76), cf. alban. *κάρκαλε* „*λόφος*, touppe, crista avium" Reinhold. Noct. Pelasg. p. 69, iuxta *κούρκουλε* id. 76. —

Denique suffixum — *ύλη* in ngr. *σκουρδοῦλα* „pestilentia" luculenter cernitur, quod praefixo *σ*, quam accessionem in hodierna lingua quamvis repugnanter agnoscere nonnunquam cogimur, indidem generatum est, v. Coraes ad Heliod. II p. 184: pestilentiae enim notio e vet. *κορδύλη* „tuber, tumor" (Bekk. anecd. 105, 3. Aristoph. Ran. 500 schol.) succrescit. Ipso de vet. *κορδύλη* „clava" utrum eodem pertineat (cf. Hes. *κορ-ύνη· — ῥόπαλον* deficiente *δ* illo determinativo) an ex rad. *κραδ* (unde *κραδαίνω*, v. Fick. 37. Curt. 147) ortum ceperit, haud ita facile affirmaverim. At contra, ut in transcursu commemorem, voc. *κορδύλη* cum significatu thunni cuiusdam, quod cum ceteris eiusdem soni nil habet commune[1]), non dubito cum Deffnero Stud. IV, 283 ad rad. skar (unde *σκαίρω* sim., Fick. 203) reducere: pleniorem enim consonantium iuncturam initialem Hes. *σκόρδυλ..* (*ος*? coll. ibid. *κόρδυλος*. Lob. Proll. 124, 10)· *θαλάσσιος ἰχθύς. ἔνιοι κορδύλη* satis indicat. Qua de aphaeresi cf. Hes. *καρθμοί· κινήσεις. κααρτίας* (imo *καρτίας*)· *βάτραχος*. alban. *καρτσέιγ* (geg.) „salire". —

Restant duae glossae Hes., quae ex eadem quidem obscuratione explanantur, vocabulis tamen linguae vulgaris respondent, quibus *α* primigenium in *ι* attenuatum est. Videntur igitur cypr. *ο* et vulg. *ι* in unum coire: at tamen ut accuratius rem illuminemus, utraque formatio ex *α* primitivo emanavit, quod hoc schema docet:



1) Errat Pictet. Zt. VI, 188.

Primum θρόδακα· θρίδακα K., quam glossam Schmidt. in Philol. XIV, 206 genuinam quidem putabat, in Hes. ed. tamen nisus testimonio Choerobosci (Cramer. Anecd. Oxx. II, 218, 22) Byzantiam censet: quapropter ethnicon ad θρόνα glossam paulo post sequentem retrahit, quam coniecturam silentio recepit Sakellarios. Jam hanc quidem glossam Cypriis non prorsus alienam fuisse mox videbimus: neque tamen caussa adest cur θρόδακα iis abiudicemus. θρόδαξ enim, vulg. θρίδαξ (etiam θίδραξ et θιδρακίνη Hes.), si quid video, a rad. tar, tra propagatum est, unde sct. tṛ-ṇa-s, slav. tra-va descendunt (v. Fick. 366. 578): δρί-δ-αξ igitur pro *τρι-δ-αξ aspirationem e liquida sequente traxit, cf. θρί-ναξ iuxta τρί-ναξ; δ autem ex j parasitico ortum est, qua de affectione satis habeo contulisse πῖ-δ-αξ vocem de stirpis exitu ac inclinatu simillimam (Curt. 600). Jam vero tantum abest ut Cyprii α in ι emollirent, ut post litterarum iuncturam, cui ρ insit, in ο solito more offuscarent. Cf. Cyrill. Vindob. 171 θρό-νας· βοτάνας. Qua de vocalium permutatione cf. vulg. κρί-ν-ω et κόρ-ος „scopae", rad. kar (Curt. 148). χρί-ω et χρο-ά, rad. ghar (id. 192). κρι-θ-ή et lat. hord-eum, rad. ghard (v. Zeyss Zt. XIX, 183 sqq.). Sic etiam post λ: χλιδή et χλόδη (Hes. Lob. Rhem. 31 χλοδή), de quibus Curt. 602. alban. κριτὄ et κροτὄ „pullus asinius", Camard. I, 47. —

Huc accedit gl. δ ύ ρ κ α ι· κ ο ν ί δ ε ς, quam coll. Cyrill. 39. 171. δίρκαι et Pausan. apud Eustath. 368, 10. Cyr. 244 δίρκοι propter generis enallagen non dubito cum Schmidtio Cypriis vindicare: videtur autem simili modo quo κονίδες „lendes, pediculi" (cf. Eust. „ζωΰφιόν τι μικροφυὲς κατὰ ἄτιμον κίνιν, ἀφ' ἧς οἱ φθεῖρες γεννῶνται") a rad. knid „scabere" (Curt. 228), a rad. dar „scindere" provenire, unde δέρ-ω, lit. diriù (v. Curt. 221. Fick. 88) fluxit, itaque „scabentes, vexantes" denotare. Coniectura igitur κωνοειδές pro κονίδες, qualis Ducangio s. δόρκη in mentem venit, ut cassis intellegatur, neque opus est neque veri sibi induit speciem. —

In novicia Graecitate huius vocalis obscurationis vestigia haud raro cernuntur tum ante litteram caninam tum ante alias consonantes: sic apud Carpathios *ἴ̆ργον*, vet. *ἔργον*, eleum *Ϝάργον*[1]); similia vid. apud Ross. Arch. Aufs. I (Lips. 1855) p. 27. Deffner. Stud. IV, 310 not. E dialecto Zaconum cf. *σόμασι* (pronunt. schomasi) „calor" pro **σαρμασι* i. e. *θέρμανσις* (calabr. termàsi cum pari *ν* ante *σ* ecthlipsi) coll. Hes. *σαρμοί· θερμοί.* ***Καρύστιοι*** et *σερμοί· θερμοί* (Lacedaemonii); ibidem *ἀ-μοσχάλα* = *μασχάλη*, calabr. vaskàli, vulgo *ἀ-μασκάλη* Pass. 441, 31. *σογίτα* = vulg. *σαγίττα* „sagitta", alban. *ὄούγετα* iuxta *ὄε̱νγέτε̱* et *ὄτίγε̱* Xyland. (*ὄεγέττε̱* tosc., *ὄιγέττε̱* geg. apud Hahn.). calabr. adofsìo (hoc accentu!), vet. *ἀδέξιος*. crovàtti „lectus", locr. crevàti = *κράβατος*, al. Morosi 98. — E Cypriorum dialecto in promptu mihi sunt *ὁρμός* „armus", vet. *ἁρμός*. *βόλιστρον* „palus" (v. Ross. Inselreis. IV, 117. 211) salvo digammo a vet. *Ϝέλος*, cf. cret. *Βολοεντίοι* Voretzsch l. c. p. 5; Hermes IV, 270. De terminatione cf. *(ὑ)ποκασίστρα* „*τὸ κάτω τοῦ ὑποδήματος δέρμα*" (Sakell. 410), *τουλουππίστρα* (vet. *τολύπη*), *ζώστρα*. — Deinde *αἱ δόμαι* „*οἱ περὶ τοὺς ἀμπελῶνας καὶ τὰ χωράφια τοῖχοι*" (Myrianth. III, 439), similiter cret. *δόμακας* sive *δάμακας*, zacon. *δάμακα* a vet. *δέμω*, rad. dam (v. Devill. 41. Kind. in Gött. gel. Anz. 1868 p. 1477). *ἡ σφονταμινιά* = vulg. *σφενδάμι* evanescente nasali post *μ*, vet. *σφένδαμνος*. *μόσφιλον* „mespilus" = vet. *μέσπιλον*[2]). — *βοβώνω* „elinguem, mutum esse", praeter *βουβώνω* et *(ἐ)βωβώνω*, quod ni fallor a stirpe baba onomatopoetica progenitum est, unde *βαβάζω*, *βαμβαίνω* (Fick. 131).[3]) Denotat igitur proprie „linguae esse

---

1) A huius vocis primarium in ngr. *ἀργάτης* (v. p. 38) = *ἐργάτης*; cypr. *μισταρκός* i. e. *μισθ-αργός* „*ὁ ἐπὶ μισθῷ ἐργαζόμενος*" (Sak. 342); vulg. *ἀργαλειός* (Ducang.), calabr.-locr. argallo = *ἐργαλεῖον*; in Syra insula *ἀργαστῆρι* = *ἐργαστήριον*, sim. superstes est. —

2) Aspiratio labialis sibilantem antecedentem in caussa habet. Contra ngr. *μούσμουλον*, alban. *μούὄμουλε̱*, v. Kind. Zt. XII, 210. —

3) Verbum *βύω*, quod Coraeo *Ἄτ.* II, 85 placet, nullam ad partem valet.

non explanatae, verborum inefficacis"; cf. Et. Gud. p. 117, 27 *βωβὸς ὁ μὴ δυνάμενος βοᾶν*. Hes. s. *βαβάζειν*: in lingua communi *βουβάω*, *βουβαίνομαι* a *βουβός* „mutus" (Ducang. Passov. Ind.); item alban. *βουβ*, *βουβακ* sim.

Ipsa ex Albanorum lingua obscurationis exempla collegit Camarda I, 39: *α* primarium, quod in dialecto gegica plerumque in *ο* imminuitur, in dialecto toscica servari solet, vid. Hahn. II, 8. —

§ 6. *O* pro *Y*.

Perpetua fere et constans *υ* in *ο* conversio Cyprios ab omnibus aliis Graecorum dialectis distinguit ac discernit: neque vero cypr. o soni ü, quo modo nos *υ* vocalem pronuntiamus, sed vetusti u vices gerit, unde et vulg. *υ* et cypr. *ο* originem habent (cf. Curtius 519. Gött. Nachr. 1862 Novbr. p. 496 sq.). Quam vocalem originariam constat in dialectis Boeotica et Laconica pro *υ* esse servatam, de quibus videsis Ahrens I, 180. 196 sq., II, 124 sqq. Addend. p. 519; item in dialecto Macedonica, quod ex Hes. *ἀβροῦτες· ὀφρῦς. M.* (cf. Ducang. *ἀβροῦντες* gloss. Graecobarb. — neocret. *φρούδια* in Erotocrito = *ὀ-φρύδια*) et *γοῦταν· ὗν* (cod. *γοτάν*, v. Schmidt.) apparet. Quin etiam o pro vetusto u iisdem Macedonibus cum Cypriis pariter in usu fuisse videtur, siquidem Fick. Or. et Occid. II, 725 gl. *γόδα· ἔντερα* cum sct. guda iure componit.[1]) Atque indidem forma *ἄβροτες* Cyrill. Dresd. 39 = Hes. *ἀβροῦτες* expeditur. Praeterea autem vocalis illa principalis in dialecto neograeca antiquitatis tenacissima pro *υ*, cypr. *ο* luculenter superstes est, qua de Deffnerus in dissertationis saepius commemoratae, quae inscribitur Neograeca (Curt. Stud. IV, 231 sqq.), parte altera inde a p. 278 accuratius atque copiosius exposuit, quo sufficit lectores relegasse.[2])

---

1) Longe errat K. Schwenck. Mus. Rhen. III, 156. —

2) Nihil fere ibi desideratur nisi specimina ex Albanorum lingua

Jam vero ex hac originarii u in o correptione, cuius analogiae in linguis Germanica, Slavica, Latina (v. Froehde Zt. XVIII, 258 sqq.) nec non in nova Umbrorum dialecto (Aufrecht u. Kirchhoff. Umbr. Sprachd. p. 62. Corssen. Vocalism. I, 251) aperte interdum reperiuntur, glossae permultae quibus dialectum non apposuit Hesychius, luce affunduntur clarissima: quae cum ex aliis dialectis graecis huius affectionis vestigia perraro innotuerint (vid. infra), ad Cypriorum dialectum referendae sunt propemodum omnes, cf. Schmidt. Philol. XIII, 219. XIV, 205. Zt. IX, 366. Itaque primum glossas Cypriis revera adscriptas, deinde ceteras quae acquirendae iis videntur, percurramus ac recenseamus: omnibus autem analogias ex hodiernis dialectis quam poterimus enixe addamus, quibus cyprium o vetusto u congruere dilucide ac perspicue demonstrabitur.

Glossae Cypriae.

θεῖα· ἴγδια. καὶ θεοῖς ἐοικότα. K., ubi duas glossas in unam conflatas esse iam intellexit Is. Vossius. M. Schmidt. (cf. Mus. Rhen. XVIII, 475 sq.) scribendum proposuit *θοείδια. ἰγδία K.* (= vulg. *θυείδια*) et *θεοειδέα· θεοῖς ἐοικότα.* Simpliciore vero ratione, cum *ΘΕΙΑ* ex *ΘΟΙΑ* manasse videatur, emendaverim *θοῖα· ἴγδαι K.* et *θεῖα· θεοῖς ἐοικότα.* Pro codicis scriptura *ἴγδια* enim, quae forma cum *ἴγδιον* = *ἴγδη* med. Graec. proprium sit (cf. Ducang.), librarii neglegentiae condonanda est, transpositis *α* et *ι* litteris meo iure corrigere videor *ἴγδαι*, cuius emendationis accentus *ἴγδια* pro *ἰγδία*, quod exspectaveris, satis magnam praebet veri speciem. *θοῖα* autem per generis enallagen (p. 39) rectissime dicitur pro *θυεῖαι* vel *θυΐαι*

---

petita, ubi eadem u vocalis saepenumero deprehenditur: qua de cum accuratius exponere hoc loco longum sit, alias alioque loco uberius atque fusius disserere exemplaque inde constipare in animo mihi est. Nonnulla collegit Hahn. II, 13. Camarda I, 51 sq. —

forma Meinekii iudicio universe Atticorum propria (v. Lob. Path. El. II, 27). Radix videtur dhû (Curt. 243), cf. alban. τουνd „movere“ = ϑύ-νω, Camard. I, 74. —

Deinde huc pertinet gl. ϑύα· ἀρτύματα. K. (cod. ἀρτώματα, em. Guyet.), quam coll. Cyrill. Vindob. 171 ϑοή· ταχεῖα ἢ ὀξεῖα, ϑόη δὲ λέγεται ἡ ϑυσία cum Schmidtio corrigendam censeo ϑόεα, unde utraque glossa et Cyrill. ϑόη et Hes. ϑύα corruptelam traxit. ϑόεα autem, quod Cyprios in terminatione plur. 3. decl. neutr. contractione in η abstinuisse docet (v. p. 72), pro vulg. ϑύη „tura“ dicitur, rad. dhû, cuius u vetustum alban. ϑουρετί „sacrificium“ (Xyland.) offert. —

μόψος· κηλὶς ἡ ἐν τοῖς ἱματίοις. K.

Sakell. p. 214, ut ariolationes veterum interpretum silentio praetereamus, glossam a vet. μολύνω (rad. mal) derivare videtur, unde patet ψ nullo modo posse revelari: imo si quid video ad rad. μυδ vel σμυδ, quae vocc. μυδ-άω, germ. smuz (Curt. 314) subiecta est, ita spectat ut μόψος ad att. μύσος i. e. μυδ-σος propius se applicet, quod ipse Hesychius voc. ῥυπάσματα interpretatur. Crassior autem ψ littera perinde explananda est ac aeol. Ψαπφώ (Sapph. fr. 1, 20. 59 [58]) pro Σαπφώ, quod Curtius 651 sq. per σφ litterarum transpositionem (rad. svak) haud improbabiliter illustrat. Similiter Hes. ψαλίς· — ταχεῖα κίνησις e rad. σαλ (cf. Hes. σαλυγή· ἡ συνεχὴς κίνησις) i. e. σϝαλ (Curt. 347) ortum cepit: series igitur formarum colligitur σϝαλ-ις, σφαλ-ις, φσαλ-ις, ψαλίς. Peraeque nostrum μόψος e forma amplificata μυδ-σπο-ς (i. e. μυδ-σϝο-ς, cf. Curt. 550) progenitum est, cuius accessionis analogiam Hes. μυσπίην· [μυχοισμόν?] μύσαγμα perspicue suppeditat.[1]) Ergo

1) Similiter Hes. μύσκος· μίασμα indidem procul dubio per suffixum κο deflexum: qua de glossa non ambigere debebat Schmidt. Inde vero haud scio an neocypr. μασκά „ἡ ἐντὸς τῶν δακτύλων τῶν ποδῶν ἀκαθαρσία“ progerminaverit: de cypr. α = υ v. p. 41. —

μυδ-σϜο-ς

Hes. μυ-σπίην . *μυ-σφο-ς
*μυ-φσος
cypr. μό-ψος.

Cyprium o vetusto u radicis smud respondet, quod cret. μουδ-ίζω „inquino" (Pass. 247, 15), alban. μουτ „coenum" (Camard. I, 74), in Syra insula ξε- μουδιάζω (Jean Pio p. 21), vulg. μούζα i. e. μουδ-ja et μουζαλία (cf. Cor. Ἄτ. II, 253) iuxta μούντζα et μουντζαλία, zacon. μουδρή (pronunt. mudši) „gramiae" coll. Hes. μυδαλέον· — τὸ ἐπίδακρυ καὶ κάθυγρον ὄμμα (Devill. 56) fide servarunt. Item Cypriis μούζα in usu est, quo teste Myrianth. III, 536 nigram fumarii fuliginem significant, cum derivatis μούζουρος „niger" et μουζώνω „denigrare": quod verbum qua ratione Sakell. 345 cum vet. μελανέω, μιαίνω, μολύνω componere velit, perscrutari profecto equidem non possum.

Glossae Paphiorum.

θορᾶνας· τὸ ἔξω. Π., imo θοράνδις (cf. Schmidt. Phil. XIII, 219. Bergk. tit. Arc. p. VII n. 11), quod pariter ac lat. foras ad formam principalem dhur (Curt. 242) spectat, cuius u vocalis ngr. παραθοῦρι „fenestra" sermonis rustici proprio (apud reliquos παράθυρον), zacon. παραθοῦρα (Leake Peloponn. p. 312) superest: item παράθουρε in carmine Italo-albanico no. 18, 1 apud Camard. II, 84, pro quo gegice παραθίρ-ι. Mirificam formam thorida „fenestra" e dial. Calabriae porrigit Pott. Philol. XI, 256; similiter Ducang. „θόρα ianua, θύρα: Roman. Nicephor. in Grammat. MS." Quibus in vocabulis o eodem vetusti u munere fungitur quo apud veteres Cyprios. Contra in hodierna Cypriorum dialecto θυρίδα extat, θερίδα apud Cytherios. —

Ab eadem rad. dhur Hes. ἐκθοράξει (cod. ἐκθοράψει, em. Schmidt.)· ἐκδιώξει descendit, quod eodem trahen-

dum erit: de formatione futuri in ξ vid. paph. *κάρραξον*. Cf. Hes. *θυράξαι· ἔξω τῆς θύρας* manca expositione; Lob. Rhem. 240 „adde *ἀποῤῥίψαι*.“ Bugge. Zt. XIX, 436. Stud. IV, 328 sqq. —

μοχοῖ· ἐντός. *Π.* (cod. *μοχοίεντος*, em. Guyet. Salmas.) = vulg. *μυχῷ* locativus est declinationis in o cadentis: cf. lesb. *μέσσοι*, Alc. fr. 17 *μέσοι* (Ahr. 153. II, 504); vulg. *οἴκοι*; *πεδοῖ* Aesch. Prom. 272; *ἁρμοῖ* ibid. 615. Hes. *ἐνδόμυχοι· κάτοικοι*, al. vid. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 367. Lob. Path. El. II, 252. Usener in Jahnii Annall. 1865 p. 254. Similiter in Hes. *σολοίτυπος· — χαλκός τις ἐν Κύπρῳ* locativus delitescit: est aes Solis notissima Cypri urbe cusum (Engel. I, 47. Sakellar. I, 218).

Vetustum u autem = cypr. o habes in zacon. *μουχάλα*, quod Devill. 57 coll. Hes. *μυχοί· κοιλότητες* interpretatur *στένωμα μὲ νερὸ τρεχάμενο*; deinde alban. *μούγετε* „advesperascit“, *μουκ* „crepusculum“, v. Camard. I, 131. Contra cypr. *μύχερος*, quod pronuntiant solito more *μυšερος* „*εἶδος ἑρπετοῦ ὁμοιάζοντος μὲ τὴν σαῦραν καὶ ἐν τοῖς μυχοῖς τῶν οἴκων κατοικοῦντος*“ (Myrianth. III, 537. Addend. IV, 480).[1] —

σοάνα· ἀξίνη. *Π.* = *ξυ-ήλη* (v. p. 25), rad. ksu, cuius vocalem primariam in zac. *τσιούνου* (pronunt. tschjúnu) = ksju-nu, subst. *τσιούτα* „strigilis“ = *ξύστρα* residuam habes (contra alban. *ξίστρ-α*). —

E glossis perpaucis **Salaminiorum** huc spectat

μοτωτοφαγία· θυσία τις ἐν Σαλαμῖνι τῆς Κύπρου τελουμένη. Cod. adversus ordinem *μοττοφαγία* (cf. Phot. 276, 10 *μονοφαγία* [τ supra ν]; Suid. item *μοτοφ.*), quod cum Schmidtio optime corrigendum erit *μοτ-ω-τοφαγία* = *μυττωτοφαγία* a *μυττωτός* „intritum alliatum“ (Hes. *μυττωτόν· ὑπότριμμά τι διὰ σκορόδων*, cf. Ducang. s. v.), quo de vid. Theophr. H. Pl. VII, 4, 11. Plin. XIX, 6. Sakellar. I, 236 sq.

De simplici τ littera Cypriis peculiari pro vulg. *μυττωτός* vid. infra *κίταρις*, pro quo aliis *κίτταρις* usitatum

---

1) Sakellar. p. 347 scribit *μυσι̮αρός* et de vet. *μυσαρός* cogitat. —

est. Itaque non opus mihi videtur restituere *μοττωτοφαγία*, quod Schmidt. Zt. l. l. 307 proposuit. —

Praeterea Schmidtius gl. *μοτοῖ· — ταράττει* (cod. *μοττοῖ* invito ordine: cf. Phot. 276, 9. Cyrill. 63 *μοτοῖ*) ad Cypriorum dialectum revocat: *μοτοῖ* igitur = **μυττοῖ* pro vulg. *μυττωτεύει* dictum foret, cui expósitio quidem *ταράττει* i. e. *διακυκᾷ*, *φυρᾷ* (cf. Hes. s. *φυρᾶν*) „conterit" non discrepat. At tamen cum de formatione illa nihil aliunde constet, *μοτοῖ* autem ad rad. mat (sct. math-âmi, gr. *μόθ-ος* Curt. 313) pari, forsitan etiam potiore iure admoveri possit, glossam hoc loco missam faciamus. Item de gl. *μόττυες· οἱ ἔκλυτοι καὶ παρειμένοι*, quam Schmidt. Ind. Hes. p. 119 coll. *μύτις· — ὁ πρὸς τὰ ἀφροδίσια ἐκλελυμένος* et *μωδύει· ἐκλύει* Cypriam dicit, haud ita facile certo diiudicarim. Contra e gaza Hesychiana nostrae dialecto sine cunctatione assignandae sunt glossae haece:

βόρμαξ· μύρμηξ, pro quo *βόρμοξ* Et. M. 205, 4.

De terminatione vid. p. 31; de labialium permutatione postea. *Βόρμαξ* dicitur pro *βύρμαξ* (cf. Hes. *βύρμακας· μύρμηκας*, quod Aeolibus tribuerim) et o quidem, quod etiam in Hes. *φόρμικα· μύρμηκα* et *ὅρμικα(ς)· μύρμηξ* (Lob. Parall. 144) = lat. formica conspicitur, ad vetustum u radicis mur (Curt. 315) tendit, quod in neolocr. vurvukià i. e. *μυρμηκιά* (Chalkiop. 365 not.), lat. furmica (Anall. Gr. edd. Eichenfeld et Endlicher p. 443), valach. furnice (Diez. Gr. I, 199. 344) superest. —

βρόκοι· ἀττέλεβοι. ἀκρίδες pro *βρύκοι* (Hes. *βρύκος· — οἱ δὲ ἀττέλεβος*) dicitur et cum Cypriis *βροῦκα* servato ipso vetusto u in usu sit (Hes. s. v.), cum Schmidtio fortasse Paphiis tribuendum est. Utraque glossa a vet. *βρύκω* „devorare" provenit. — Quod si recte se habet, non dubito quin *βρόξαι· ῥοφῆσαι* eorundem Paphiorum sit pro *βρύξαι* (Hes. *βρύξαι· δακεῖν. καταπιεῖν*): cf. neocypr. *βρόκος* vel *βρόχος* „haustus aquae"; vet. *βρόγχος* vel *βρόχθος*, quod alii contendunt, alienum mihi quidem videtur. —

γορός· κυρτός.

Haec glossa, quae ordini refragatur, neque cum Schmidtio Zt. l. c. 366 scribenda est γωρός, utpote quam vocalium permutationem a nostra dialecto prorsus abhorrere §. 7 demonstremus, neque e Diogeniano movenda (vid. ed. Hes. min.): imo γορός suo loco motum cum γόρυνος gl., quae paullo ante legitur, quam arctissime nexum indeque in codice divulsum est. Itaque ut ordo restituatur, scribendum conicio

γόρτυξ· ὄρτυξ

γόρυνος· μικρὸς βάτραχος. γορὸς δὲ κυρτός....

Utraque glossa autem Cypriorum est: γορός enim (item Cyrill. 171. 212; γοῤῥός Zonar. p. 447) pro γυρός dicitur, cuius u vocalis in zacon. γιοῦρο (Schmidt. Stud. III, 351), γιουρίζον = γύρος, γυρίζω, calabr. ghiurizo s. ghiurèo et jurizo s. jurèo = γυρεύω (Morosi 100. 103), valach. giur (Diez. Gr. I, 157) superest: contra cypr. τὸ γυρίν = vet. γῦρος. Vides igitur, quam inutilis sit Sopingi correctura γυρός· κυρτός. — Indidem descendit

γόρυνος· μικρὸς βάτραχος (em. Steph. Byz. p. 170, 5. cod. μῦς. βάτραχος. Cf. Zonar. p. 448 μικρὸς pro μῦς; Ducang. γόριvος· ὁ μικρὸς βάτραχος. Displicet vero Stierii sententia Zt. XI, 215 sq.) = vulg. γύρινος, lat. gyrinus Plin. IX, 51, 159, et γέρυνος· ὁ μικρὸς βάτραχος Steph. Byz. l. c. Denotat igitur parvulam ranam rotunda specie, v. Et. M. 243, 49. Eustath. p. 1864, 6; de suffixo deminutivo Schwabe „d. demin. Graec.", Giss. 1859 p. 56. —

ἐκτόκασεν· ἐκάλυψεν, quod Sopingus falso mutavit ἐπτύκασεν, Schmidtius propter dentalismum Salaminiorum proprium, unde πτ = vulg. π illustratur, Salaminiis meritissimo assignavit = ἐπύκασεν (Sapph. fr. 89 ἐπύκασσε), rad. πυκ Curt. 268, cuius u lacon. πουκώτατος (Simmias in ovo v. 17 Bgk.) a πουκ-ός i. e. πυκ-ος (cf. hom. πύκα) deflexum, boeot. πουκτεύϊ Corinn. fr. 11 = πυκτεύει, fortasse etiam alban. πούκικε̱ (etiam πj̀ύοικε̱ Xyland.) „cuneus" hoc est ἔμβολον suppeditant. —

ἰνκαφότευε· ἐγκαταφύτευε: de praep. ἰν = ἐν nec

non de κατὰ praep. apocope suo loco disseremus. φότευε, quod Bergk. tit. Arc. p. VII nostrae dialecto rectissime imputavit, pro vulg. φύτευε a rad. bhû (Curt. 285) descendit, quae in boeot. φοῦσ' Corinn. fr. 21 = φῦσα, alban. φουτ „infigere, inserere", φούτεμ „se abdere, irrepere" servatur: qua de notionis trope Albanis satis frequenti vid. Camard. I, 131 sq. Eandem rad. bhû in bhi extenuatam infra observabimus et cypr. φιτρός et alban. φιτόιγ, calabr. fidèo = φυτεύω. — Quae cum bene se habeant, caussa non adest cur Hemsterhusius probante Sakellario p. 206 mutaverit ἰνκαπφύτευε. —

Sequitur gl.

κόαρον· ἐλάχιστον, quam huc trahendam duco hisce de caussis: κόαρον, quod cum κύκκαρος· τὸ ἐλάχιστον (Lob. Proll. 254 coll. Hes. κόκκυ. Bekk. anecd. p. 105, 22. κικκάβιν al.) nihil habet commercii, potius pro σκύβαλον „quisquiliae" i. e. σκυϝ-αλον dicitur (rad. sku „deradere" Fick. 207), quod constat de rebus minimis ac vilissimis interdum usurpari, cf. Hes. σκυβαλισμός· ἐκφαύλισμα, καὶ τὸ ἀδόκιμον. σκυβαλίζεται· ἐξουθενεῖται, ἀποδοκιμάζεται.[1]) Eandem deradendi notionem originariam exhibent δρύψελον· a δρύπτω propagatum (v. Et. M. 288, 58 sq.), Hes. κνῦ· τὸ ἐλάχιστον a κνύω „rado" (Lob. Rhem. 287), cuius similia e lingua graeca congessit Pierson. ad Moer. p. 330 sq., cf. Schmidt. Ind. Hes. p. 57 sub ἐλάχιστα. Jam vero κόαρον ad formam indogerm. sku-ara, quam Fick. l. l. constituit, proxime se admovet: et vetustum u quidem in ngr. σκουβαρίζω (etiam σκουπίζω) i. e. σκυϝα-λίζω (v. Cor. Ἄτ. IV, 79), alban. σκούπιρα „quisquiliae" conspicitur, quod cum indog. sku-ara, ngr. σκουβ-αρίζω (σκουπ-ίζω) quam arctissime coire certissimum mihi est.[2]) Atque in recentiore quoque Cy-

---

[1]) σκύβαλον in dialecto Calabriae superest: scìfalo „assula, pusillum" („bruscolo" Morosi 166). —

[2]) π ut saepius ex β natum est, cf. Bopp. Actt. Acad. Berol. 1855 p. 491. —

priorum dialecto extat κουρίν „ὀλίγον“ et compositum νακκουρίν i. e. [ἕ]να κουρίν, quod Sakell. 317 cum vet. κορμός haud apte conectit: potius ab indog. sku-ara, nostro κόαρον profluxit et vetustam u vocalem mordicus retinuit.

Quod si vere exploravi, de gl. κόαρον quin Cypriis vertenda sit, nihil residet dubii: ansam quidem nobis praebet certissimam novicia dialectus veteris tenacissima. —

κοδώνεα· σῦκα χειμερινά coll. κυδωναῖα, quod teste Pamphilo ap. Athen. III, 77 *A* Achaeorum erat, nostram dialectum redolet: κοδώνεα fortasse ipsum nomen erat Cypriarum ficorum hibernarum illustri ubique laude celebratarum, cf. Engel. I, 60. Sak. I, 242 sq. Quocum in novicia dialecto ni fallor κούτσακος, qua voce ficum immaturam denotant, servato vetere u concinit atque concordat, quod per dentalismum novellae Graecitati in universum perfamiliarem (v. Deffner. l. c. 265 sq.) ex κουτj-ακος ortum est. De τ pro vet. δ vid. κλατίν = κλαδίον. ποξαμάτιν = ngr. παξημάδι, cf. Suid. s. παξαμᾶς. —

Sequitur Hes. κόμβος· — τὸ ἔκπωμα cypr. = vulg. κύμβος, sct. kumbha-s (Curt. 150), cf. Thesaur. s. v. Lob. Proll. 148. Contra Amathusios infra observabimus vulgare υ huius vocis integrum retinuisse, siquidem gl. κύββα iis tribuendam recte censemus. Sic etiam neocypr. κούππα ex *κουμπα per assimulationem regressivam natum, quod cum labialis β in explosivam π fortem hodie mutari soleat (cf. ἀνέμπατον = ἀνέμβατον, al.), veteri κύββα = κύμβα (v. infra) ad amussim respondet; etiam κούμνα „urna“ = κουπ-να? Praeterea vero κύμπη s. τσύμπη ex hodierna pronuntiatione (p. 26 not. 2) superest cum peculiari notione „τὸ ὑπὸ τοῦ ζυγοῦ ἐπὶ τοῦ τραχήλου τοῦ βοὸς σχηματιζόμενον ὕψωμα ἢ κύρτωμα“ (Myrianth. IV, 431. Sak. 321): contra alban. χούμbε̤ cum solita aspiratione (Camard. I, 69).

Ex κύοππα autem cypr. γοῦππος emollitum est, pro quo βοῦππος per labialismum dictum vulgo usurpatur: quo vocabulo Cyprii cavum tabulae denotant pani fermentato destinatae, qui in clibanum iniceretur (v. Myr. IV, 428.

Sak. 258). Neque vero cum Sakellario consentio, qui l. l. et σελ. λζ' βοῦππος ipso e κούππα propagatum itaque κ in β transitum prorsus insolitum sumendum censet. Imo forma intermedia est γοῦππος ex κούππα (rad. kumbh) emollita (cf. Hes. γύπη = κύπη); de labialismo autem in novicia Cypriorum dialecto pervulgato cf. ἀβαθή s. ἀβαχή (p. 27 not.), quod in Calavasso (Καλαβασσός) viculo auditur = ἀγαθή. (ἀ)βοράζω (item calabr.[1]) = ἀγογάζω, rad. gar Fick. 59. ῥῶβα „acinus", ngr. ῥῶγα, vet. ῥώξ. βάρδια s. βάρκια „custodia" = ital. guardia (Sak. 425), quocum comparandum bardare et vardare = guardare in dialecto Sardorum (v. Delius „Der Sardin. Dial. des 13. Jahrh., Bonn. 1868 p. 5 n. 2. Curtius 416).[2])

Sed haec quidem hactenus: plane eodem modo de Hes. κόψα· ὑδρία (cod. ὑδρεία, em. Musur.) et κοψία· χύτρα (imo χύτραι) iudicandum est, quibus glossis Schmidtius crucem sine caussa appinxit: utramque non cunctor Cypriis addicere. Κόψα enim a rad. kûp (Curt. 151. Fick. 45. Zeyss Zt. XIX, 176) per σ aucta (cf. vet. κυψ-έλη iuxta κύπ-ελλον. Lob. Proll. 106) ortum habet atque per generis enallagen ad vulg. κῦφος „σκεῦος ἐγγεγλυμμένον κοῖλον" (Et. M. 549, 9) propius accedit, quod ipsum patet per aspirationem quam vocant ὑστερογενῆ a rad. illa kûp pullulasse. Item κοψία forma deminutiva ad *κυφ-ία (nom. plur. neutr.) revocanda est itaque proprie vas denotat concavum. Quae consideranti mihi de his glossis nihil ambigui est: cypr. o vetusto u respondet, quod sanscrito kûpa-s, lat. cûpa, nostro kufe, ngr. κοῦπα (Cor. Ἄτ. I, 113. II, 205), frcg. coupe iuxta cuve (cf. locr. kuvás Chalkiop. 345), hisp. cuba, alban. κούπε „olla" inest. In lingua Albanorum praeterea forma attenuata κjυπ-ι (v. Hahn. s. v.) extat

---

1) Pro calabr. voràzo Sternatiae auditur aforàzo. —

2) Hanc labialismi speciem dialecto Sardorum propriam ac praecipuam accuratissime pertractavit Ascoli. Vergl. Lautl., Halae 1872 vol. I p. 63. 108 sqq. —

(cf. frcg. cuve) nec non *κόβξ*[1]), quocum cf. ital. coppa Diez Gr. I, 153. Wb. I, 139. Nostrae glossae autem consimile est *κοῦφα*, quod Ducang. e Crusii Turcograecia p. 266 affert, = *κῦφος*. Similiter *σκουφία* ibidem = *σκύφος*, cf. Glossar. med. Lat. s. Cuphia; sed etiam *σκύφη* = *σκύφος* in append. gloss. Gr. p. 212. At vero cur idem Ducangius Gloss. med. Lat. s. cupa nostrum *κόψα* in *κόπα*, quamvis ordo reluctetur, mutandum censeat, equidem nescio. Imo ut quae disseruimus brevi comprehendamus, *κόψα* a rad. kup-s (v. *κυψ-έλη*) deflexum Cypriorum est pro vet. *κῦφος*, ngr. *κοῦφα* (Ducang.). —

Verum in his acquiescamus: de glossis sequentibus, quarum plerasque iam Schmidtius Cypriis vere ac recte vindicavit, non habeo cur viro illustri obloquar. Sunt autem

κρόσταλλος· εἶδος ὑέλου (cod. *ὑέλλου*, em. Palmer.), quod Thesauro IV, 2018 B et Pearsoni Advers. Hes. p. 451 perperam scriptum videtur pro *κρύσταλλος*, patet nostrae dialecto perbelle convenire: rad kru-s (Curt. 148), unde ngr. *κρουστάλλι*, alban. *κρουστάλλ* iuxta *κριστάλλ*; item cypr. *γρουσταλλένια* (ex. c. *ᾆσμ.* 2, 100. 6, 42. 12, 14) = *κρυστάλλινα*, et *χρουσταλλένα ᾆσμ.* 15, 20 ex aspirandi studio recentioribus Graecis proprio; sed etiam *χρυσταλλένα* ibid. 25, 29. *δίστ.* 287. —

λογκούριον· ὕαλος.

(Cod. *λογούριον*, quod Albertus ex ordine correxit *λογκούριον*) = vulg. *λυγκούριον*, rad. *λυκ* „lucere" (Curt. 152) per nasalem aucta (cf. *λύγξ*). De variis huius vocis formis vid. Schmidt. Zt. IX, 400. — Eodem faciunt gl.

λοφνίδια· λαμπάδια et *λοφνίς· λαμπάς*, quarum alteram Schmidt. ed. min. solis Rhodiis tribuit: imo prorsus utraque Cypriorum est = vulg. *λυχνίδια*, *λύχνος*, **λυχνίς*. De aspiratarum permutatione vid. § 29. Verbum *λυχνίζω* inde deflexum Cypriis etiam nunc in usu est pecu-

---

1) Schuchardt. Zt. XX, 246 ad lat. cavus recurrit.

liari cum notione „*θέτω τι ἐπὶ λύχνον ἵνα μαυρίσῃ*“ (v. Sakell. 334): cuius vestigia cum in vetere sermone tum in reliquis recentiorum Graecorum dialectis desiderantur. —

μολορός· λυπηρός, ἀηδής.

Coll. gl. *μωλυρόν· νωθρόν, βραδύ* veri est simile *μολορός* ex originaria codicis scriptura *ΜΟΛΟΡΟϹ* mendose esse tralatum pro *μουλορός*, quod Schmidt. scribendum voluit. Constat enim O in antiqua litteratura non o solum, verum etiam idem quod *ω* et *ου* valere. Jam vero cum Cyprii aeque ac Thessali vetustum *ω* in *ου* immutaverint, ambigi profecto non licet quin *μουλορός* Cypriorum sit pro *μωλυρός*. Item glossam paullo post sequentem *μολυρόν* in *μουλυρόν* (*μωλυρόν* Schmidt.) mutarim Thessalisque vindicarim. Radix est mal, unde *μῶλυς*, lat. mollis, al. Curt. 304. —

σκολλέ· σκυμμόν, quae glossa quamvis perspicue corrupta Cypriorum morem *υ* (u) in *ο* mutandi in mentem revocat. Schmidt. restituendum censet *σκόλλε· σκύλλε*: at mihi tamen contra *σκυμμόν* (*ΣΚΥΜΜΟΝ*), quod nihil est, potius vitiosum videtur pro *σκυλμόν* (*ΣΚΥΛΜΟΝ*); in ipsa autem glossa latet *σκόλμα* cypr. = *σκύλμα* „laniatus“ (cf. Anthol. Palat. V, 248, 4), cui glossema *σκυλμόν* optime congruit. De radice cf. Curt. 160; de u vetusto rec. *σκουλί, σκουλιά* „colus, linum“ (v. Pass. Ind.), alban. *σκουλj* „avellere“, cypr. *σκουλλίν* „*κομμάτιον λιναρίου*“ (Sak. 387). Iisdem Cypriis verbum *σκουλλίζω* „obvolvere, integumentis involvere“ in usu est, quod num indidem prognatum sit, hoc loco in medio relinquamus. —

σμογερόν· σκληρόν. ἐπίβουλον, μοχθηρόν = *σμυγερόν* forma poetica (Schol. Apoll. Rhod. II, 374): de librarii errore Thesaur. VII, 496 parum scite cogitat. Hanc glossam Schmidtius Euclo poetae impertiendam censet, cui cur refragemur non adest caussa. Rad. smak, Fick. 416. —

τόλυξ· αἰδοῖον Schmidtius Philol. XIV, 206 Cypriis rectissime vindicavit, quam sententiam in ed. Hes. min. abiecisse videtur: *τόλυξ* pro vulg. *τύλος* (cf. Hes. *τύλον· τὸ αἰδοῖον* Lob. Parall. 127) e dialecto Cypriorum, quibus

substantiva in — ξ desinentia quotidiana ac communia fuerunt, sine ulla dubitatione depromptum est. Radix est tu (Curt. 212), quae coll. vet. *τύλη* „torus" in ngr. *τσουλι* „stragulum equi" i. e. **τjουλι* (de dentalismo vid. Deffner. 266); deinde alban. tsunne „penis puellorum impuberum" (Reinhold. Noct. Pelasg. p. 61), etiam katšul „penis infantum lactantium" (id. p. 70) = **κατα-τυλος*, fortassis etiam *τουλοῦμι* „uter", cui alii originem adscribunt turcicam; cypr. *τσουλλώνω* „porrigere, protendere" (Myr. III, 539); nec non priori parti alban. *τζου-λούφε* (Xyland.), *τσου-λούφε* (Hahn.), *dσου-λούφε* (Camard. II p. 62 n. 30) „crista, cirrus", cypr. *ζουλοίφκια* (imo *τσουλούφκια?*)[1] aperte inest. Quae in animo mihi reputanti nihil est dubii quin cypr. *τσουρουμάθθιν*, qua voce teste Sakell. 408 coccineam galli cristam (vulg. *κορέλι*) denotant, similem compositionis speciem exhibeat indeque cypr. *σκουρουμάθθιν*, quod eadem notione profert Sakell. 387, per litterarum immutationem degeneratum sit. De altera compositi parte difficillimum diiudicatu est. — Ceterum vocabulis cognatis a Curtio l. l. comparatis lat. tutulus formam radicis tu reduplicatam nec non toles (Fest. p. 356, 14 toles tumor faucium)[2] addere velim, ubi primitivum u, gr. *υ*, quod ante litteram caninam in o non nunquam transit (cf. fo-re, rad. fu. for-es, rad. dhur; similiter in vocabulis aliunde assumptis storax = *στύραξ*, ngr. *στουράκι* Cor. *Ἄτ.* IV, 553; ancora = *ἄγκυρα*, ngr. *ἄγγουρα*, v. p. 70), ante l apparet perinde esse mutatum: quarum liquidarum utramque in lingua latina vocali o vicinae praeter ceteras favisse quis est qui nesciat? —

Deinde si Lobeck. Rhem. 24 n. 38 et p. 52 de gl. *φόα· ἐξανθήματα ἐν τῷ σώματι*, quam Vossius et Thesaur. paullo audacius mutant *φῷδα*, Schmidtius contra asterisco nulla idonea ratione ornat, pro *φυαί* i. e. *φύματα*

---

1) Altera compositi pars *λούφε* idem est quod vet. *λόφος* „crista". —

2) Toles vox teste Isidoro XI, 1, 57 linguae Gallicae propria. Vid. Ducang. s. tusillae. —

verum vidit, dialectus agnoscenda est Cypria. Neque tamen Lobeckium secutus mutarim φοαί, sed potius eadem quae in vocc. ἄρμυλα, ἔπιζα al. (p. 39) generis cernitur enallage Cypriorum propria ac peculiaris. Ita φόα pro φυ-αί dicitur, rad. bhû, unde supra ἰνκα-φότευε. Cf. Curt. Etym. ed. IV, 305. —

ἐγ χόδια· ἀθρόα.

Haec quoque glossa coll. vulg. χυδαῖος Cypriorum est: χόδια, quod utrum cum Schmidtio corrigendum sit χοδαῖα an dialecti prodat proprietatem penitus decerni non potest, pro χυδαῖα dicitur. De u vetusto cf. locr. χiusto = χύσον αὐτό Chalkiop. 368. ἐγ autem, pro quo si praepositio inesset, exspectaremus ἰν s. ἰγ, vocis antecedentis clausula fuisse videtur, cf: αν θ' ἥμερον p. 21. Praeterea in gl. corrupta χοΐας· τὸ ἀθροῖσθαι vox Cypria latet: ΧΟΙΑC enim facillima litterarum traiectione restituitur ΧΟΔΙC i. e. χό-δις cypr. = χύ-δην. De suffixis δις et δην promiscue usurpatis cf. hom. ἀμοιβηδίς et ἀμοιβήδην; μιγάδις (ap. grammaticos) et μιγ[ά]δην, al. Lob. Parall. 153 sqq. —

Denique e Cypria Homeri editione fluxerunt gl.

ἐράτοθεν· ἀνεπαύσαντο = ἐρήτυθεν B 99. Quocirca Meinekii coniectura ἐράτυθεν improbanda est. De α = η vid. p. 28.

πόλιν Μόνητος· Λυρνησσόν = Μύνητος T 296.

πέποσμαι· ἀκήκοα = πέπυσμαι λ 505. Cf. Schmidt. Zt. l. c. 293. —

His igitur de glossis quin ad nostram dialectum referendae sint, ne tantulum quidem habeo ambigui: contra aliae nonnullae in promptu supersunt, quarum de origine haud admodum facile diiudicarim, hae:

μόθος· — στάσις, θόρυβος, quod hac quidem notione pro μῦθος (cf. Hes. μῦθος· — στάσις) dicitur, rad. mû (Curt. 314. Fick. 386), unde lac. μουσίδδει (Hes.) = μυθίζει. At vero cum Cypriis μύθα per generis enallagen

pro *μῦθος* in consuetudine fuerit (Hes.), glossa certissime nostram dialectum non tangit. —

Deinde *Σόορ· Τύρος*, quod extra seriem legitur, cum Palmero corrigi possit *Σόρ* atque huc trahi, cf. Thesaur. s. v. „Tyri urbis nomen vernaculum, quod etiam *Σούρ* et *Σώρ* scribitur": at tamen cum codicis scriptura nimis incerta sit, hanc glossam, quam Schmidtius antea *Σώρ* scribendam voluit, in Hes. contra editionibus ad Ezech. XXVI, 2. 3 צוֹר refert, missam faciamus. Neque magis de *Θόανα* nomine urbis Cappadociae, qua de Steph. Byz. sub *Τύανα*: „*Ἐκαλεῖτο δὲ Θόανα καὶ κατὰ παραγραμματισμὸν Τύανα, ὡς Ἀρριανός*" (Peripl. P. Eux. c. 6), certius quid dici potest num Cyprium fuerit pro *Τύανα*: de consonantium quidem permutatione e nostra dialecto, quam ad aspirationem non adeo propensam fuisse infra videbimus, prorsus nihil constat. —

Deinde *σνορόγχαι· βλαπτικοί* pro *σνο-ρύγχαι* quidem aperte dicitur, cuius u in zac. *ρούκχο* (pronunt. šukko) = *ῥύγχος* habes: verum tamen cum apud Cyprios *σ* initiale in spiritum asperum constantissime emolliri soleat, forma *σνο-* pro *ὑο* dubitationem excitat haud levem: errat igitur Schmidtius glossam Cypriis assignans, praesertim cum litterarum *υ* et *ο* permutationis vestigia, quod mox ostendemus, ne ab aliis quidem dialectis penitus abhorreant. —

Nunc restat ut verba faciamus de glossis nonnullis Hes., quas Schmidtius nostrae dialecto imputandas magis minusve dubitanter suspicatur, de quibus tamen prorsus aliter iudicandum esse in sequentibus summa ope conabimur pro virium nostrarum tenuitate demonstrare. Ac primum quidem *ἀγκόλαι· ἀγκῶνες* (cod. *ἀγκόνες*, em. Salmas.) non cum vulg. *ἀγκύλαι* coit, quod ad expositionem *ἀγκῶνες* i. e. cubiti, ulnae minus quadrat (cf. Hes. *ἀγκύλη· ἡ καμπὴ τῆς ἀγκῶνος*), sed potius aeolico more pro *ἀγκάλαι* dicitur, quocum cf. aeol. *ὅμολος* = *ὁμαλός*. *σπόλεις* = *σταλείς*. *ὄλοχος* = *ἄλοχος*, al. Ahr. 76 sq. —

Deinde pro Paphia Schmidtius (ed. min.) venditat gl.

ἀγλαφόρε· ασιτε coniciens scribendum ἀγλάφορε (= ἀγλάφυρε)· ἀνάστειε et ethnicon quidem Κρῆτες huic glossae in codice bene adscriptum ad gl. antecedentem ἀγλα(ύ)σινον· καλόν retrahendum putat. At ipsa coniectura audacior videtur quam ut probari possit; deinde vero etiamsi suspicionem Schmidtii credibilem esse concederemus, caussa cur glossam **Cretibus** derogaremus, dici posset nulla. Quos ab hac vocalium permutatione non prorsus aversos fuisse elucet primum ex schol. Arat. 33 Ζεὺς Ἀλόσιος = Ἀλύσιος coll. C. I. Gr. no. 2554, 6 ΑΛΛΟϹΙΩ, quod ad Ἀλυσίου conspirare videtur (v. Voretzsch. l. c. p. 24); deinde e duabus glossis Hes., de quibus, ut affectioni illi iustam lucem suffundamus, paullo uberius hoc loco anquirendum est. Agmen ducit

κοδύμαλον· — οἱ δὲ κυδώνιον cret. teste Athen. III p. 81: quod Hey d. dial. Cret. p. 52 probante Helbig. p. 30 per vocalium hyperthesin ex *κυδό-μαλον, quam formam principalem = *κυδώ-μαλον fingit, ortum esse arbitratur. At vero brevis ο vocalis quo pacto quaque de caussa pro ω dicta sit, quod in voc. κυδώνιον (ngr. κυδῶνι) ac derivatis vel cognatis, velut κύδων, genet. κύδωνος, non *κύδονος (Nicand. Al. 234), κυδωνόμελι (Diosc. V, 29), lat. cotôneum (Plin. XV, 11, 10), ital. cotôgna (Diez. Gr. I, 157) semper locum habet, satis intellegere non possum.[1] Correptionem enim, quam proponere aliquis possit, solum in terminationibus esse admissam ipse demonstravit Hey p. 18 sq. Itaque si de hyperthesi revera ageretur, potius formam κωδύμαλον efflagitaremus, quam ipsam in Athenaei loco citato veriorem scripturam esse Schweighaeuserus reapse suspicatus est. At iniuria. Imo vero sic res se habet: υ pariter atque in exemplis supra commemoratis in

---

1) Alia caussa est cum aliis, velut χρυσό-μηλον, quorum vocalis conexiva nativa est. Contra unica quantum quidem scio forma κυδόνη, quam Ducang. e Demetrio Constantinopol. affert, in hac quaestione nil habet ponderis. —

ο migravit; alterum *υ* autem vulgaris *ω* vice fungitur, cf. vulg. *μῶμος*, *ἀ-μύμων* (Curt. 314); aeol. *χελύνη* (Sapph.) = *χελώνη* (Ahr. I, 97 sq.); Hes. *μῦμαρ* = *μῶμαρ*, al.

Κοδύ-μαλον igitur pro **κοδώ-μαλον*, *κυδώμαλον* i. e. *Κυδώνιον μῆλον* s. *μᾶλον* (Ahr. II, 142. Helbig. l. c. p. 29) dictum est. — Huc accedit alterum Hes.

σκόλοφρον· θρανίον i. e. *σκόλυθρ(ι)ον*, quod cum e vetere Cypriorum dialecto de hac aspiratarum conversione Aeolibus (hodie cum aliis tum praecipue Albanis, v. Hahn. II, 21. Camard. I, 64) usitatissima nihil constet, Cretibus impertiendum duco, quibus inversa mutatione ex. gr. *Ὄθρυς* = *ὀφρύς* (Hey p. 35), *ἐλαθρά* = *ἐλαφρά* (Hes.) in consuetudine erant. —

Quibus etiam atque etiam consideratis caussam profecto non pervideo, cur gl. *ἀγλάφορε* cum Schmidtio Cretibus denegemus: imo eliciendum *ἀ-γλάφορε· ἄστειε Κρῆτες* (aliter Voretzsch l. l. not. *ἀσύνετε*) atque *α* ante duplicem consonam protheticum sumendum, cuius vestigia in dialecto Cretica haud ita raro reperiuntur: ex. gr. *ἄ-Ϝερσαν* = *ἕρσην*, Hes. *ἀ-μυρτόν· ἱμάτιον* rad. mur „circumdare" (Hey. 26 sq.). *ἄ-ζωστος* tit. Drer. 140 „omnibus armis ornatus". *ἄ-χηρον· ἀκρίδα* (Hes.) rad. kar (*κείρω*), vid. Helbig. Quaestt. p. 14. Similiter in lingua vulgari ante *γρ ἀ-γρηνόν*, cuius forma primigenia *γρῆνυς* vel *γρῆνος* teste Hesychio Eratostheni accepta erat (cf. Lob. Path. El. I, 26). —

His pertractatis iam reliquas glossas, quibus originem Schmidtius asserit Cypriam, ad obrussam exigamus:

Glossa *ἐρινός· θεός*, quam Schmidt. coll. *Ἐρινύς* in Indice ed. mai. Cypriis adnumerat, maiorem traxit corruptelam atque a nostra dialecto excludenda est. Ipse Schmidt. hanc opinionem postea in ed. min. retractavit. —

Adde *ὀφνίς· ὕννις, ἄροτρον*, quod quibus de caussis Schm. Cyprium dicat, equidem nescio: nempe *ὀφνίς* non e dialecto pro *ὕννις* esse dictum compertum mihi atque exploratissimum est. Imo ita prorsus existimo: et huic

glossae et Hes. ὄφατα· δεσμοὶ ἀρότρων Acarnanum peculiari formatio, nisi opinio me frustratur, inest antiqua radicis ap, gr. ὀπ, unde sct. ap-as, lat. op-us, gr. Πηνελ-όπεια, Δρύ-οπ-ες al. evadere vere ac merito suspicatus est Curtius 259 coll. Stud. I, 1 p. 261. Ὀφ-νίς igitur, proprie ὀπ-νις [1]), cuius aspiratio ex nasali sequente detegitur, ab operando nomen induit, cf. lat. operari (opus) = arare vocem Romanis in hac re propriam; gr. ἐργάζεσθαι, cf. Thucyd. II, 72. item ngr. καματεύω a vet. κάματος pro ἀροτριῶ; vel ὀργώνω ab ὄργον, vet. ἔργον (p. 49) cum notione arandi, sulcandi, lirandi. Similiter ἐόργη „tudicula" (Poll. VI, 88) a rad. Ϝεργ (ἐργάζομαι) descendit (v. Lob. Path. El. I, 63) et proprie operantem, sedulam denotat.

Contra Acarnanicum ὄφατα, quod ab eadem radice generatum est, dialecto videtur deberi pro ὀπ-ατα (?): aspiratione quam vocant ὑστερογενῆ pariter vulg. οἴφω, οἰφάω al. imbuta sunt, siquidem Curtius Stud. l. l. indidem illas iure repetit. —

Denique etiam gl. φθόσις· φθίσις formationem veteris linguae propriam non obscure mihi indicat. Quanquam Schmidt. ed. mai. coll. dor. ἐπιφθύσδω „despuo" (Theocr. 2, 62. 7, 127), rad. πτυ, Cypriorum esse ita opinatur, ut φθόσις solito more cum φθύ-σις vel πτύ-σις conveniat. Neque tamen aspirationis illius solis Doriensibus familiaris vestigia apud Cyprios extant; deinde vero rad. πτυ hoc loco minime subest, imo φθόσις cum vulg. φθίσις „tabes" ad unam eandemque radicem vergit itaque non de vomendo neque spuendo („vomica"), sed de tabendo accipiendum est (Hes. τηκεδών· φθίσις. τῆξις. cf. ngr. φτιασίδι, Passov. Ind. coll. Liebrecht in Gött. gel. Anz. 1861 p. 570, etiam χτικιό vel κτικιό „tabes", Ducang. κτηκιό, alban. ὀχτίκε, quae omnia a vet. ἐκ-τήκω ortum ceperunt [2])). Jam

---

[1]) De suffixo cf. κλόνις i. e. κλοϜ-νι-ς Curt. 144. —

[2]) Miklosich. Denkschr. Wien. vol. XX p. 31 n. 399 ad lat. héctica veri sine ulla similitudine recurrit. —

collatis Hes. φθόη· φθίσις (Plat. Com. p. 679), lat. phthoë ap. Cael. Aur. Chron. II, 14, 196 (cf. Moer. p. 399. Thesaur. s. v.), nec non adi. φθοϊκός, qua voce Hesychius vulgare φθισικός interpretatur, duplex colligitur radix φθι et φθο, quarum utraque ex α primitivo (cf. sct. kshaja = φθόη, kshitis = φθίσις Curt. 657) emersit. Quocum cf. πί-νω et πό-τος, rad. pa (Curt. 263); alia velut κρί-νω et κόρ-ος iam supra p. 48 congessimus; ex Hes. ex. c. subiungam κατακόκκας ἢ κατακίκκας· κατάπλασμα, quod, siquidem me audis, radici skak (cf. κυκ-εών Fick. 199) obnoxium est. Similiter ι iuxta ο in lingua Albanica habes, v. Camard. I, 47; peraeque in linguis Romanensibus, unde ne longi simus satis est commemorasse ital. frisone et frosone „coccothraustes" (Diez. Wb. II, 30) a lat. frendere, rad. ghar (Froehde. Zt. XVIII, 313). — Quibus reputatis non dubitabis quin φθόσις, qua in forma Thesaurus et Meinek. Philol. XII, 628 haud iure offendunt, formationem exhibeat vetustiorem. —

Jam satis superque de his dictum: glossis suspectis a nostra quaestione exclusis atque amputatis nunc glossas vere Cyprias in unum quasi conspectum redigamus, qua re cum quanto opere vetusti u (υ) in o immutatio Cypriis familiaris ac peculiaris fuerit, uno oculorum obtutu contemplemur, nihil nobis absoni facturi videmur. Sunt haece:

θοϊα, θόεα, μόψος, θοράνδις, ἐκθοράξει, μοχοῖ, σοάνα, μοτωτοφαγία; ad haec βόρμαξ, βρόκοι, βρόξαι, γορός, γόρυνος, ἐπτόκασεν, ἰνκαφότευε, κόαρον, κοδώνεα, κόμβος, κόψα et κοψία, κρόσταλλος, λογκούριον, λοφνίδια et λοφνίς, μουλορός, σκόλμα, σμογερόν, τόλυξ, χόδια et χόδις; Hom. ἐράτοθεν, Μόνητος, πέποσμαι. —

Postremo loco de aliis dialectis videndum nobis est, an eiusdem permutationis vestigiis insequantur. Et de Cretica quidem, unde documenta supra protulimus certissima, dubitari profecto non potest: contra de dial. Macedonum quaestio pro fontium penuria ad liquidum penitus perduci non poterit (v. p. 50). Praeterea e titulis Boeo-

ticis exempla, velut *Ἀμόντας, Πότιος*[1]) = *Ἀμ(ο)ύντας, Π(ο)ύθιος* comportavit Keil. in Jahnii Annall. Suppl. IV p. 566. Sic etiam coll. C. I. Gr. no. 1347 *Κονοουρέων*, 1386 *Κονοουρέα* = *Κυνοσουρ.* (vid. Boeckh. ad ll. cc. vol. I p. 609)[2]) verisimile fit apud Lacones vocalem *υ* brevem (u) recentiore saltem memoria signo *ο* esse exaratam, cf. Krampe d. dial. Lacon., Monast. 1867 p. 36.

Deinde comparandum urbis Elidis nomen *Ὑρμίνη* (Hom. B 616), quod teste Steph. Byz. et Strab. VIII, p. 341 postea sonabat *Ὁρμίνη*, cf. Lob. Proll. 221.

Neque in hodiernis quidem dialectis quamvis *ου* vetustum plerumque retineant, huius pronuntiationis specimina desunt: sic cypr. *μολίτης* „dens molaris", vet. *μυλίτης*, contra etiam *μυλάριν* „molae"; cf. florentin. molinaro = mulinaro (Schwenke d. dial. quae carminibus popul. Tuscanicis a Tigrio editis continetur, Lips. 1872 p. 16). In Syra insula *ὀγρός* (Jean Pio 22), item Ducang., = rec. ion. *οὐγρός* (Const. Oekonomos *π. τῆς γνησ. προφ. σελ.* 134), vet. *ὑγρός*. Calabr. opsia „montes" ab *ὕψος* (Pott. Philol. XI, 256), item thorida = *θυρίδα*, vid. p. 53. Cret. *θομός* = *θυμός* Leake Research. in Greece p. 117. Albanis, ut exempla magis minusve dubia, quae Camarda p. 50 enumerat, silentio praetervehamur, *γροπ* „fovea, fossa" in usu est coll. gr. *κρύπ-τη, κρύφ-ος*, ngr. *κρουφός* Ducang., zacon. *γριούφον*, ital. grotta = crupta in med. Lat. (Diez. Gr. I, 157), nisi praestet ad lat. scrob-is, slav. grobŭ, goth. grôba, nostrum grube (Curt. 170) confugere. Item *φτοχ* „refrigerare" coll. gr. *ψυχ-ρός*, rad. spu Curt. 654.

Denique in Romanensibus quoque linguis constat eundem u vocalis in o transitum comparere, unde hoc loco sufficit ad quasdam dialectos mediae Italiae attendisse,

---

1) Contra *Ποίτιον* cret.: tit. Drer. v. 23. Sed cf. Vischer. Mus. Rhen. X, 398. —

2) Quod Savelsberg. Zt. XVI, 66 de hac voce iudicat, haud commendabile mihi videtur. —

velut Pistoriensem et Senensem, quibus ponto, gionto, omore al. = punto, giunto, umore in consuetudine sunt: cf. Fernow. Roem. Stud. III, 278. Blanc Gramm. d. Ital. Spr., Hal. 1844 p: 630. —

Ex his omnibus quae uberius fusiusque pertentavimus et exposuimus, palam factum est vocalium illarum commutationem, quae in aliis dialectis non quidem nunquam, sed certe raro observatur, Cypriis paene universis in summis deliciis intimaque ut ita dicam familiaritate fuisse. Jam vero mirandum quod pauculae glossae huic regulae ventis remis adversantur: de quibus quid sentiam, quam brevissime dicendum nunc nobis est. Sunt enim:

ἀγκύρα[1]· *τὸ αἰδοῖον, παρὰ Ἐπιχάρμῳ. Κύπριοι δὲ τὸ τριώβολον* (cod. *τριόβολον*, em. Jos. Scaliger. Non apte Voss. *τρίβολον*).

Ex hac glossa, ubi plura ut solet in unum ordinem Hesychius falso conturbavit, non habeo dubium quin cypr. *ἄγκορα* subaudiendum sit: etenim quamvis in glossis seqq. de inconstantia quadam pronuntiationis cogitandum esse videamus, Cyprios hoc loco sonum *υ* attenuatum pronuntiasse veri est nullo modo simile. O enim vetusti u vices gerit, quod usque ad nostra tempora in dialectis neograecis fere omnibus percipitur: *ἄγγουρα*, alb. *ἄγγουρε* (Xyl.) deminuta radicis *ἀγκ* gutturali primaria, praeter quod *ἄνκουρε* s. *ἄνκυρε* apud Hahn. (cf. Miklosich. l. l. p. 2 n. 12). Sic etiam lat. ancora, quo de Deffner. l. c. p. 287 sq. (vid. p. 62).[2] —

---

1) Imo *ἄγκυρα* προπαροξυτόνως esse scribendum docent Herod. *π. μον. λέξ.* p. 17 Dind. Arcad. p. 101. Porson. ad Eurip. Hecub. 78. —

2) Ceterum quod ad ipsam gl. attinet, triobolum illud ancorae nota percussum fuisse videtur, qua de caussa Cyprii ipsum nummum *ἄγκορα* vocabant. Prorsus eodem modo ex. gr. Athenienses teste Poll. IX, 60 coll. Suid. Hes. s. *βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ* didrachmum *βοῦν* vocabant, quia

Deinde *κύβος· — Σαλαμίνιοι λέγουσι κύβον τὸ τοῦ ἱματίου σημεῖον, Πάφιοι δὲ τὸ τρυβλίον.*

Haec glossa cum notione catini Paphiorum propria ad eandem radicem respicit, quo cypr. *κόμβος*, vulg. *κύμβος*. Hoc vero loco nil mutandum, sed potius cum dialectus in diversis urbibus et veterum et recentiorum Cypriorum non sibi constet, pronuntiationis inconstantia quaedam ac mutabilitas agnoscenda est. Sic etiam Amathusios in hac quidem voce ü sonum pronuntiasse monstrat gl. *κύββα* = *κύμβα*. Peraeque in novicia dialecto fluctuant inter *κούππα* et *κύμπη* sim., de quibus p. 58 egimus. Itaque statuere cogimur *κόμβος* Cypriis vulgo gratum fuisse, *κύβος* Paphiis, *κύββα* per generis enallagen Amathusiis. Quod quam recte suspicemur, ex Athen. 482 *E.* 483 *A* dilucide cernitur, qui ex Apollodori Etymologiis Paphios poculum vocare *κύμβαν* tradidit. *Κύμβα* igitur servato *α* (p. 32), amathus. *κύββα* per assimulationem, Paphii pro *ποτήριον* usurparunt, contra *κύβος* (= *κύμβος*, cypr. *κόμβος*) pro *τρυβλίον*. Cf. *κύπελλον* Simarist. ap. Athen. XI, 483 *A*; *κύλιξ* ibid. 480 F, quae Cypriis quidem addicuntur neque tamen utilitatem praebent dialecto. —

Tum *μύθα· μῦθος*, rad. mû, vid. p. 63. —

Denique *δύσεα· τοῦ τοίχου τὰ πέριξ. K.*

Albertus laudante Sakellar. p. 198 hanc glossam ex *γεῖσα* s. *γείσια* (cf. Hes.) corruptam putat: quod cum *γεῖσον* sit suggrundium, sententiae quidem consulit, neque tamen eius modi corruptela veri ullam aucupatur speciem. Imo ad verbum *δύεσθαι* glossam sanam oportet referamus:

---

bovis signum Euboicis nec non antiquioribus Atheniensium nummis a Theseo primum cusis (Plut. Thes. 25. cf. Eckhel. Doctr. Numm. II, 207) frequentatissimum impressum erat. Item *γλαῦκες* Schol. Aristoph. Avv. 1106. Plut. Lys. 16. Similiter in nummis Salaminiis ap. Eckhel. III, 87 et Luynes, l. c. pl. VI n. 4 p. 35 prora navis reperitur, alias tridens (Mionnet Descr. d. méd. gr. VI p. 615 n. 51), contra ipsa ancorae nota in nummo Cnidio, al.: v. Eckhel. III n. 234. —

et δύσεα quidem formatio quantum iudicare licet Cypriorum propria vulgari δύσις „latebrae“ respondet, qua voce Cyprii muri coronam haud inepte significarunt. Nominativum plur. 3. decl. neutr. ε + α pariter atque in antiqua Doride (Ahr. 232 sq.) contractionem non pati iam supra s. θόεα (p. 52) diximus. De υ autem ambigi non licet, cf. cypr. ἴν-δυ-ὀν (cod. ἔνανον, em. Schmidt. Phil. XIV, 205)· ἔνθες; item neocypr. ἐν-τύνω. —

Vides igitur, quantum ex his glossis perpauculis concluditur, vetustam u vocalem; quae in o plerumque corripi solet, aliquoties in υ esse extenuatam: quae sententia novicia dialecto optime fulcitur atque communitur. —

---

§ 7. Ω pro Υ (?).

Postquam de υ et ο permutatione abunde disseruimus, quaerendum est num υ etiam in alteram ο vocalem longam transitus permitti liceat, cui et Schmidtius in Philol. XV, 349 al. et Sakellarios σελ. λε' indulgent. Haec mutatio ipsa per se non habet magnam probabilitatem; deinde vero ne unum quidem exemplum superstes est, quod sententiae illi fidem faciat. Etenim Sakellarios gl. ἀρμώατος· σπασμός. Κ. producit = ὀρ-μυ-ατος: quam verborum conglutinationem veri similitudine penitus carere, imo rem longe secus sese habere p. 41 demonstravimus.

Ceterae vero glossae, quas Schmidtius Cypriis sine mora imponit, ab Hesychio ne adscribuntur quidem illis itaque omnibus in quibus consistant fundamentis veris ac solidis vacuae sunt. Ac primum quidem γορός· κυρτός, quod Schmidt. Zt. l. c, 366 γωρός sine caussa corrigit, eiusmodi medela minime indigere supra p. 56 asseruimus.

Deinde ἔρωκε· κώλυε, quo de utrum ἔρυκε (v. Pears. Adv. Hes. p. 324) sive ἔροκε (= ἔρυκε) resarciendum an dialecto nescio cui pro ἔρυκε imputandum sit, certo diiu-

dicari nequit. Glossam contra Cypriorum esse, ut Schm. in ed. min. placet, eius rei nullum omnino extat argumentum.

Eadem ratio est cum gl. *ζώγη· εἶδος βοτάνης* et *τρώζειν· ψιθυρίζειν, συνουσιάζειν*, quarum illa vulgari *ζυγίς* (Diosc. III, 46. Athen. XV, 681 F. Eustath. p. 1295, 18), altera *τρύζειν* (cf. Hes. *τρύζει· ψιθυρίζει*) respondet, pro quo ap. Zonar. p. 1753 vitiose legitur *τρωέζειν· συνουσιάζειν*; cf. Lob. Rhem. 81. —

Quae cum ita sint, hanc vocalium commutationem, quae a recentiore dialecto non minus aliena est, veteri adiudicandam esse quis est qui pro vero affirmare audeat?

§ 8. *O* pro *OY*.

Cyprios vocales originarias immutationibus nullo modo tentatas in integro retinuisse saepius iam hic illic animadvertimus: cui sententiae fidem apertius addit *ο* vocalis, quae pro *ου* ex productione plerumque suppletoria orto, ut linguae vulgari collibitum est, haud raro obvia nobis fit. Hesychius tradit

σί βόλε· τί θέλεις. K.

= *βούλει*, rad. var Curt. 501; quocum cf. lesb. *βολλόμενον, βόλλα*; boeot.-cret. *βωλόμενον, βωλά*; att. *βουλόμενον, βουλή*. ngr. *βολεῖ* „licet“, *βολετός* „quod fieri potest“: contra cypr.-rhod. *βούλομαι, βουλή* [epir. *βουλιοῦμαι*] iuxta *βολετόν* neglecta productione suppletoria (Myr. IV, 428). — Hac autem re Cyprii cum Arcadibus prorsus concinunt, quibus *βολόμενον* (tit. Teg. v. 24) aeque usitatum est, vid. Gelbke Stud. II, 25. Item ap. Homer. *βόλ-ε-ται α* 234. *π* 387. *Λ* 319. —

Ceterum Curtius l. l. (cf. „Das Verbum d. gr. Spr.“ p. 245) formas illas *βολλόμενον, βόλλα* ctt. ex *λν* prognatas suspicatur: quod quam recte ac vere fundatum sit, alban. *βολνέσε* „voluntas“ dialecti Scodrianae proprium evidenter monstrat, ubi consonantium iunctura principalis tenaciter servatur. —

ὄλινοι· κριθῆς δεσμοὶ καὶ λῖνος παρὰ Κυπρίοις. Altera interpretamenti pars *κριθῆς δεσμοί* de hordei contusi fasciculis ita optime intellegenda est, ut *δεσμοί* = *δέσμαι* sit. Jam cypr. *ὄλ- ινοι* (rad. *Fελ* Curt 334) a vulg. *οὐλαί* i. e. [*F*]*ολF-αι* non nimis abscedit, unde syracus. *ὀλβα- χύϊον* digammo in *β* mutato (Ahr. II, 51. 57. Philol. VI, 650). Neglegitur autem productio pari modo in att. *ὀλ-αί*, Hes. *ὁλαί· κριθαί, ἀπαρχαί.* —

ἄορον· — θυρωρόν. K. i. e. *ἀ-Fορ-ον* coll. vulg. *οὖρος*, lesb. *ἄ-ωρ-ος*, rad. var (Curt. 324): qua de glossa enucleatius mox disputabimus. —

ἐπίκορον· ἐπίκοπον. Πάμφιοι.

Jam pridem Musurus praeclare ac scite emendavit *ἐπίκωπον Πάφιοι*, quae coniectura et facillima et aptissima omnibus praestat recentioribus ab Hemsterhusio (*ἐπίκοπον· ἐπικόρμιον* vel *ἐπίκορον· ἐπίκαρπον*), Alberto (*ἐπικόρμιον· ἐπίκοπον* coll. Eustath. p. 1476, 33, quod Sakellarios probare videtur), Schmidtio (*ἐπίκορον* i. e. *ἐπίσκυρον· ἐπίσκοπον*) gnaviter propositis. Respondet autem vulgari *ἐπίκουρον* i. e. — *κορρον*, cf. Curt. Stud. I, 1 p. 250 sqq. Jam *ἐπίκουρος* significat eum qui omni modo auxiliatur; *ἐπίκωπος* (cf. Thesaur.) proprie eum qui remo admotam habet manum, qui est in procinctu navigationis. Is vero qui in procinctu alicuius rei est, auxilium quodam modo fert eumque Paphii haud iniuria *ἐπίκορον* i. e. *ἐπί-κουρον* appellant. —

Huc adiungamus glossas nonnullas, quae aliis praecipue de caussis Cypriorum dialecto accensendae sunt: et Paphiorum quidem est gl.

ἐςόρα· ὄπισθεν, ὀπίσω, qua de varias sententias veri sine aliqua similitudine ediderunt Schmidt. et Meinek. Collato vero paph. *ἐς* = *ἐκ, ἐξ*, quod perinde atque in cognata dialecto Arcadica cum dativo coniunctum esse tabula Idalia luculenter evincitur (cf. *ἐξ τῷ* Id. 5. 11. 24. *ἐξ τᾷ* 6. 24: Stud. p. 248), apparet glossam apertissime sanam dispescendam esse *ἐς ὄρα· ὄπισθεν, ὀπίσω* = *ἐξ*

οὐρᾶς, quae dicendi ratio plane nostram dialectum sapit: Cyprios enim iota dativo non adscripsisse e glossis et titulis Idaliis cognoscitur (cf. Stud. VII, 238); de accentu retracto vid. infra. ὄρα autem vulgari οὐρᾷ enodate congruit i. e. ὀρσ-ᾳ, v. Curt. 325: quocum conferas quaeso ὄρος vocem cognatam productione aeque neglecta = ὄρρος i. e. ὄρσ-ος ap. Eustath. p. 906, 58. ngr. ὀρά, ex. gr. Demetr. Zen. Batr. v. 145 iuxta οὐραῖς ibid. v. 463. ὀριά in Syra insula (Jean Pio p. 22): contra νουρά cum ν praepositivo apud Cyprios. — Jam vero e lingua vulgari notissima omnibus sunt κατ' οὐράν vel ἀπ' οὐρᾶς (Polyb.) „a tergo", quo paph. ἐς ὄρα = ἐξ οὐρᾶς propius se applicat. Cui praepositionum vario usui testimonio est vulg. ἐξόπισθεν et κατόπισθεν; poet. ἐξοπίσω et κατοπίσω (cf. Lob. Path. El. I, 611 not. 5), pro quo hodie ἀποπίσω reperitur. —

Deinde haud scio an gl. γόλαμος· διωγμός i. e. Ϝολ-αμος Cyprium colorem ducat = vulg. οὐλ-αμός, rad. Ϝελ Curt. 502. Sane Schmidtius secutus L. Dindorf. Thes. II, 704 A et Ahrens. II, 55 glossam Aeolibus vindicat: utrum verum sit, vix facile diiudicatu est. Fortassis tamen cum eadem radix idemque digammi in γ transitus in recentiore Cypriorum dialecto superstes sit, glossam potiore mihi iure huc trahere videor. Auditur enim nunc γιλάριν praeter ἰλάριν „τὸ μέρος τοῦ βλεφάρου, ἐφ' οὗ φύονται αἱ βλεφαρίδες" (Sak. 290), quod Sakell. cum vet. εἶλαρ, boeot. ἴλαρ (Hes.), rad. Ϝελ bene nectit: est igitur quasi involucrum oculi atque integumentum. —

Tum gl. ἀνασεῖν· ἀναφέρεσθαι subiciam, qua in sananda multum operae atque laboris consumpserunt interpretes: namque glossam non recte se habere vel argumento est ordo vehementer turbatus. Jam Pierson. ad Moer. p. 341 Hesychio obiter subveniens posteaquam glossam antecedentem ἀνασοβεῖ· ἀνακινεῖ. Ταραντῖνοι non Tarentinis, sed quibusvis scriptoribus Graecis, etiam Atticis familiarem esse recte ac vere observavit, ethnicon illud huc retraxit itaque Tarentinos ἀνασεῖν Laconum more dixisse

statuit pro ἀναθεῖν, cf. Hes. σεῖν· θεῖν Λάκωνες. σῆ· τρέχε sim. At enim cum glossa, quam non suo loco esse diximus, ordini refragatur ideoque ipsa per se suspicionem movet haud exiguam; tum vero, quod maximi videtur ponderis atque momenti, ne levissimum quidem huius litterarum permutationis apud Tarentinos detegitur vestigium, ut Ahrens. II, 66 sqq. permultis egregie demonstravit.

Valde deinde labitur etiam Krampe d. dial. Lac. p. 53, qui ordinis violati immemor glossam Laconibus praepropere addicit. Neque magis Valckenaer. ad Theocr. Adon. p. 285 C seriem litterarum restituit, cum amoto ethnico, quod alio, forsitan ad gl. praegressam ἀνασκολύψας revera pertinet, sagacissime et sententiae quidem convenienter scripsit ἀνᾴσσειν. Imo ut alias coniecturas mittamus, ordo nihil aliud poscit nisi ἀνασόειν: ο enim post σ litteram (ϹΟЄΙΝ) in codice ut saepenumero excidit. Jam vero ἀνασόειν, nisi quid me fallit, Cyprium est pro ἀνα-σούειν (rad. συ, sct. sû, suv-ati), quae forma activa praeter σοῦσθαι, dor. σῶσθαι = ἀνα-σεύεσθαι apud grammaticos invenitur, cf. Hes. παρέσσυα· παρώρμησα: cui interpretamentum ἀναφέρεσθαι mediali efferendi atque erigendi notione dictum iuste ac probe convenit.

Eadem stirps σο(σοϜ) in verbis compositis linguae vulgaris, velut κυνοσσόοι, λαοσσόοι al. clarius conspicitur. Indidem constat lacon. ἀπέσσουα vel potius ἀπεσσούα i. e. ἀπεσσύη (Xenoph. Hell. I, 1, 23. Valcken. Adon. p. 264 A) originem ducere, quo de prorsus aliter quidem sentit Ahrens. II, 147 neque tamen persuadet: iure defendit Bergk. in Diariis Antiq. 1852 p. 9 sqq. Cf. Hes. διεσοῦτο· διήρχετο (Lob. Rhem. 21). ngr. σύομαι „se commovere“ (Pass. Ind.), neocypr. σούζω „movere“, ex. gr. σούζω τὸ μωρόν μου (i. e. τὸ παιδίον, v. Sakell. p. 260. 347.). —

Sed vela contrahamus: e tabula Idalia huc faciunt accusativi plur. — ος = att. ους i. e. ονς, velut τὸς κασιγνήτος Id. 3. 11. ἀ(ν)θρώπος Id. 3. κάπος 30, similia Stud.

p. 247. (τὸς etiam apud Arcades). Item ἕξο(ν)σι Id. 31 indic. fut. = att. ἕξουσι. —

Haec de vetere dialecto: in novicia similiter ὄϊ i. e. ὄχι pronuntiatur = vet. οὐχί (zac. ὀ = οὐ, siquidem cum verbo substantivo coniungitur, velut ὄμι i. e. ὀ ἔμι = οὐκ εἰμί, v. Devill. 128). Item trapez. ἀπόκλοσμα i. e. ἀπόκρουσμα coll. vet. ἀπόκρουσις (v. Pass. Ind.). In Syra insula βότυρο, apud Casios ὄτυρο (Kind. Zt. XV, 145) = vulg. βούτυρον, cypr.-maced. βούτουρος. —

Plerumque tamen noviciis Cypriis affectio prorsus contraria perinde ac linguae vulgari in amoribus deliciisque est, ο primitivi in ου obscuratio. Qua de Deffner l. c. p. 302 sqq. cumulatius disseruit: e Cypriorum dialecto satis habeo specimina selectiora adiecisse haec.

ὁ βροῦντος = vet. ἡ βροντή.

γουμάριν „asinus“ = vulg. γομάρι a vet. γόμος.

κουκκερών simili notione qua κναμών apud veteres, κουκκίζω (cf. Kind. Zt. XV, 188) a vet. κόκκος, κοκκίζω.

κουπάνα „pistillum“ iuxta κοπίδιν, rad. κοπ (de significatione vid. Sakell. s. vv.).

κουρουκλίν coll. vet. κορ-δ-ύλη p. 47.

λουβίν „phaselus“, etiam λουβάνα et λουβίδι, unde calabr. luidi elisa spirante = vet. λοβός, λόβιον, pro quo Smyrnaei, ut testatur Myrianth. III, 535, pronuntiant λόbια, cf. vet. λοβός et λοπ-ός, sim. rad. λεπ Curt. 491.

ΜεσαϜουρκό in sermone rustico = Μεσαορία, quo de vid. Ross. Inselr. IV, 126. Engel. I, 36: alia eiusdem generis haud pauca. —

VITA.

Natus sum Ernestus Augustus Rothe anno huius seculi XLVIII a. d. VI. Non. Mart. Altenburgi Saxonum parentibus Augusto et Joanna e gente Heyn. Primis litterarum elementis imbutus inde ab anno aetatis quarto decimo gymnasium Altenburgense frequentavi, quod tum auspiciis H. E. Fossii florebat. Maturitatis examine anno LXVIII rite superato academiam Jenensem adii philologiae operam daturus classicae, quam Mauricius Schmidtius, Nipperdeius, Bursianus, Vermehrenius, Gaedechens, alii docebant: praeterea scholis usus sum theodiscis Schleicheri, quem praematura mors heu dolor! perpaucis mensibus subito eripuit, orientalibus Stickelii, historicis Adolphi Schmidtii, philosophis K. Fischeri. Porro seminario philologo sodalis adscriptus fui exercitationibusque interfui graecis, quas Vermehrenius, et theodiscis, quas Bechsteinius instituebant. Quibus viris honoratissimis nec non Westphalio philologo et multiplicis scientiae et egregiae doctrinae, qui Jenae tum versatus studia mea omni modo fovebat, beneficiis quam plurimis obstrictus sum.

Biennio Jenae peracto Lipsiam transmigravi in studiis apprime grammaticis elaboraturus ibique audivi cl. Georgium Curtium, Ritschelium, Langium, Ecksteinium, Zarnckium philologos, G. Voigtium historicum, Drobischium et Ahrensium philosophos. Quibus omnibus optime de me meritis gratias ago quam possum maximas et impensissimas. —